Et quidem ab invicem aceperunt suprascripti Lafrancus de camignana et Acerbinus atque conradus fratres a suprascripto. dom. Abate et per eum ab predictis eius fratribus in causam permutationis quinque imper. fictum quos solvebantur presato Monasterio et totam terram unde ipsi denar. solvebantur. Et aljs omnes, ut infra leguntur silicet. Pilettus de camignana IIII. imper. fictum. et totam terram de qua solvebantur. ysnardus unam petiam de terra que iacet in territorio pethernace et quam jam antea emerat a bonvecino de pethernaga ad alodium. et quam presatus dominus Abas dicebat esse iuris suprascripti monasterii. et ysnardus infitebatur. et pacto transactionis interposito ad tale devenerunt pactum. et ea ab ipso in causam permutationis accepit. Bulzolus et Albertus pro se et vice conforti fratris corum Vbertus et Muttus fratres VI. imper. fictum et terram illam unde solvebantur. filii nani et Albertus de magredo imper. IIII. fictum et totam terram unde dabantur. Zanonus de bariaga unum mezatum et terram unde solvebat. Vgo de doneghe bracus filii q." advocati. filii q. doddi. Bisinus de zuscenigo. Acerbus sex imper. fictum et terram totam unde solvebantur. dominus Johannes Medicus. XXIII. denar. imper. fictum et totam illam terram unde solvebantur. Bocardus per ipsum dominum Johannem I. denar. et terram unde solvebatur. Groppus et Albertus Soree et Sarasinus novem imper. fictum et totam terram unde solvebantur. Biginus per prefatum Johannem II. denar. et terram unde solvebantur. Johannes dulcibelle notar. II. imper. et totam terram ex qua solvebantur. Lafrancus de murgis et fratres et predictus sarasinus item Lafrancus diatathe comuniter imper. fictum et totam terram unde solvebantur. Item predictus Lafrancus. I. denar. et terram unde solvebatur. Lafrancus de Monteculo pro se et filio q. dominici. II. denar. et terram unde solvebantur. Martinus roze et zinquinus pro se et aliis suis fratribus.... denar. fictum. et totam terram unde solvebantur. Wizardus de zermagnono VI. denar. fictum et totam illam terram unde solvebantur. et qui denar. et que terra fuerit iuris suprascripti monasterii. Has denique prenominatas res una cum accessionibus et ingressioneibus seu cum superioribus et inferioribus

suis et cum omni iure et ratione et actione et onore ad ipsos pertinentibus qualiter superius legitur in integrum. tali modo inter se tradiderunt ac dederunt. Ut facerent ex eis a presenti die in antea tam ipsi quam eorum heredes sive successores. aut cui ipsi dederint iure proprietario nomine quicquid voluerint. sine omni unius sive alterius heredum seu successorum contradictione vel repetitione. Et insuper promiserunt predicti permutatores ad invicem per se et suos sive successores predictas res omnes quas ad invicem permutationis nomine tradiderint. omni tempore ab omni persona defendere et warrantare. quod si defendere et warrantare non potuerint. vel per quoddam ius ingenium subtrahere non sierint. Tunc promiserunt vicissim inter se suprascriptas res permutatas in dupium componere. sicut pro tempore fuerint meliorate aut valuerint sub extimatione in consimilibus locis. Et ex hoc plures. Carte uno tenore Rogate sunt scripsi.

Actum est hoc super pontile dominus plebis nubolenti feliciter. Interfuerunt presbiter girardus de nubolento. Albertus de plazolis, presbiter de sancta euphemia. et alii multi testes rogati.

Ego Joannes notarius Rogatus interfui hanc Cartam permutationis scripsi. (L. T.)

XIX.

ANNO 1196 — 15 AGOSTO

LA CORTE DI GARGNANO

Odorici 1).

In Xpi noie. Cum hoc esset quod q. Ven. in Xto pater dns Iohes divina gra Brixien. Epus. investiverit cum omni honore q. dnum Pizium Comitem et dnum Egidium Comitem et dnum Vizolum Comitem de loco *Gargnani* et Curte illa . . . que predicta fuere die sabati XV exeunte augusto MCLXXXVI Ind. XIII, et cum post predicta

1) ODORICI, *Storia Bresciana*, tom. VI, pag. 93, docum. CCIII. e Cod. XXX della Raccolta Ducos. donde ho fatto esattamente la trascrizione.

q. dñus Raymundus fil q. dñi Conradi q. Comitis Gualfredi de Marcharia per se et noie et vice dne belasende matris sue et Guizardini et Antonioli frum ipsius Raymundi fil. q. dicti dñi Curradi. et cum dñus Segator fil. q. dñi Bonifacii q. predicti Comitis Gualfredi de Marcaria pro se et noie et vice dne Caracose eius matris.... ac noie et vice Iohis fris ipsius dñi Segatoris.... In presentia ven. patris dñi Cavalcacani de Salis Brixien. Epi fecerunt venditionem in (*nei sindaci della comunità di Gargnano di tutte le ragioni spettanti ai detti Conti*) et specialiter de decimasexta parte omnium eorum quæ spectabant et spectant ad Amis oes comites de domo Comitis Ugonis et de domo que dicitur Comitum Longorum in predictis terris et terretoriis etc. (*di Gargnano*). Que predicta fuerunt die martis tertio exeunte febr. MCCLVIII. Ind. I. (*L'Istrumento è del 1336 Ind. IV die XVIII mensis octubris*).

Presentib. sapientibus viris Dom. Jacobo de Advocatis Jurisperito fratre petro preposito ecclesie Sancti Johannis de foris civitat. Brix.

XX.

ANNO 1212 — 26 MARZO

IL FEUDO DI TIGNALE

Cod. Wanghiano 1).

Indict. XV. die merc. quarto exeunte marcio, in Curia canonico-rum Brixie, presentibus d. Gratiadeo de Gambara, d. Job. judice de Crema, d. Manfredus de Salis canonicus Brixiae, et d. Milo de S. Gervasio et Oprandus ejus filius, et Orichelus, et Ugo de Salis fecerunt finem Adelpreto de Setauro, nomine et vice d. Friderici Episcopi Tridentini, de feudo quod aquisierant in Tignalo, et omne jus quod exinde habebant remiserunt, et pariter finem fecerunt d. Adelpreto

1) È un codice di doc. della Chiesa di Trento, raccolti da Wangen vescovo di essa, pubblicato non ha guari in Vienna, pagina 244 (publ. dal cav. Odorici, *Storia Bresciana*, t. VII, pag. 75).

pro ipso d. episcopo de omni debito quo ipse epus vel ejus ecclesia sibi obligata fuit, excepto feudo quod a d. episcopo tenent de duabus marchis argenti annuatim et de centum solidis quos habere debent, et pro quibus obbligatum habent Ripaticum Ripense et Feudum de *Bacolino*.

XXI.

ANNO 1221 — I° NOVEMBRE

BIEMINO DA MANERVA

Inedito 1).

Exemplum cuiusdam alterius exempli cuiusdam privilegij et concessionis Nicolai Iudicis fil. q. Roberti de Manerva: cuius tenor talis est:

HENRICVS Dei gratia romanor. Rex, semper Augustus Vniversis sacri romani imperij Fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. ex parte Nicolai iudicis fil. quond. Roberti fil. quond. Biemini de manerva districtus Brixie Nobis pro se ac nomine, et vice Benevenuti eius fratris et fil. quond. dicti Roberti ac nomine, et vice filiorum nepotum et pronepotum dicti Nicolai, et filiorum nepotum et pronepotum dicti Benvenuti et omnium et singolorum ex eis et quolibet eorum in perpetuum descendantiam masculorum extitit humilitatis, suplicatum quatenus infrascriptum privilegium, et in feudum concessionem innovari et confirmare de benignitate regia dignarremur, cuius tenor sequitur in hec verba.

In nomine sancte et individue trinitatis. FEDERICUS divina favente clementia romanorum imperator semper augustus et Rex sicilie. ob remunerationem plurium obsequiorum ac fidei et amoris erga nos et coronam nostram per Bieminum de manerva districtus brixie fidelis-

1) Tratto da un Cod. membranaceo dal XV al XVII secolo con miniature e ventiquattr' stemmi gentilizii, di proprietà del Nob. Bar. Flaminio Monti, nella famiglia del quale si estinsero i Manerva: contiene tutti i privilegi, le concessioni e le conferme dal 1221 al 1626 fatte dagli Imperatori e dalla Repubblica Veneta ai Manerva.

simum nostrum hactenus prestitorum. Nec non ob duellum quod ipse pro nobis gessit et obtinuit in vinculum et signum dilectionis Damus, tradimus, et concedimus in feudum et vice feudi eidem Biemino de manerva pro se, suisque filijs, nepotibus et pronepotibus nec non omnibus alijs ex eis in perpetuum descendantibus masculis videlicet legitimis recipiendi dummodo in ullam feminam nec personam extraneam transferatur, infrascriptas res, et bona videlicet. Primo Rocham de manerva sitam super ripa lacus Benaci, qui nunc vocatur lacus garde cui coheret a mane ipse lacus, a sero villa de manerva. Item unam petiam terre aratorie olivate et buschive iacentis in dicto territorio de manerva in contrata castegnuti post dictam rocham cui coheret a meridie dicta rocha, a monte lacus suprascriptus. Item unam petiam terre aratorie, vitate, olivate, prative, vegre et buschive iacentis in dicto territorio in contrata paludis saxi cui coheret a sero caurinus de manerva in parte, a monte angulum saxi: Item unam petiam terre prative iacentis in dicto territorio in contrata festole cui coheret a sero via a meridie plebs tenensis. Item unam petiam terre aratorie et olivate iacentis in dicto territorio in contrata lovergnag cui coheret a sero via in parte, a monte et a mane illi de cruce in parte. Item unam petiam terre aratorie vitate et olivate iacentis ibi prope cui coheret a mane lacus, et a sero suprascripti de cruce. Item unam petiam terre aratorie et olivate iacentis in dicto territorio in contrata de montinellis ubi dicitur ad occherium cui coheret a monte, a sero et a mane via. Item unam petiam terre aratorie et olivate iacentis in dicto territorio in contrata rivi mortui, cui coheret a sero et a meridie via. Item unam petiam terre aratorie vitate olivate et vegre, iacentis in dicto territorio in contrata stazole: cui coerent a mane lacus. Item unam petiam terre aratorie iacentis in dicto territorio in contrata silve: cui coheret a sero dugale a mane via in parte. Item unam petiam terre aratorie olivate iacentis in territorio in contrata de pratis de sescellis ubi dicitur ad stratam, cui coheret a meridie via. Item unam petiam terre aratorie et vitate iacentis ibi prope; cui coheret a monte via a meridie illi de cruce

suprascripti. Item unam petiam terre aratorie vitate et olivate ibi prope cui coheret a monte et a sero via a meridie vacalla. Item unam petiam terre aratorie olivate et vitate ibi prope, a monte, sero, et a mane via. Item unam petiam terre prative iacentis ibi prope, cui coheret a mane via a meridie illi de galvardis. Item unam petiam terre aratorie olivate vitate et vegre iacentis in dicto territorio in contrata ponticelli cui coheret a mane et a sero via: Item unam petiam terre aratorie et olivate iacent. in dicto territorio in contrata ubi dicitur sabloriana a sero via loxetus in parte. Item unam petiam terre aratorie olivate et vitate iacentis ibi prope ubi dicitur ad clausuram cui coheret a monte et a sero via in parte. Item unam domum sedumatam et cortivatam iacentem in villa de manerva in contrata ulmi sive platee, cui coheret a monte a sero et a mane via. Item unam domum iacentem ibi prope cui coheret a mane, a meridie et a sero via. Item unam petiam terre aratorie vitate olivate et vegre iacentem in dicto territorio in contrata mercatelli, a sero lacus et a mane via. Item unam petiam terre aratorie et olivate iacentem in dicto territorio in contrata plebis sive de rolinijs cui coheret a monte a mane et a sero via. Item unam petiam terre aratoriam et vogram iacentem in contrata monticelli loviroli dicti territorij a monte dugale a mane et a meridie via. Item unam petiam terre aratorie iacentis in dicto territorio in contrata ponticelli; cui coheret a mane et a meridie via. Item unam petiam terre aratorie olivate et vitate iacentem ibi prope cui coheret a meridie a mane et a sero via. Item unam petiam terre iacentem in dicto territorio in contrata silve cui coheret a mane et a meridie via a monte loxetus, salvis alijs coherentius verioribus. Item Damus tradimus et concedimus in feudum et vice feudi eidem Biemino pro se et heredibus quibus supra recipienti quod possit et valeat habere in valle tenensi districtus brixie Vasallos usque ad Centum, et eisdem vasallis dare concedere et tradere in feudum et vice feudi de omnibus et singulis bonis immobilibus que ipse Bieminus habet, et in futurum ipse et eius filij, nepotes et pronepotes, et quilibus masculi ex eis et

quolibet eorum in perpetuum descendentes habebunt, dummodo eisdem vasallis non tradant in feudum de suprascriptis bonis, que eidem Biemino damus in feudum ut supra. Et generaliter Damus, concedimus, et tradimus eidem Biemino pro se, et nominibus, quibus supra reperti in feudum, et vice feudi omnia bona immobilia que ipse Bieminus eiusque filij, nepotes, et pronepotes et omnes alij masculi ex eis in perpetuum legitime descendentes acquirent in perpetuum in civitate ciusque territorio et districtu aliquo iure seu titolo, tam tacito quam expresso. Ad habendum tenendum et possidendum et acquirendum sibi eiusque filijs nepotibus, et pronepotibus ac omnibus alijs ex eis legitime descendantibus ut supra placuerint faciendum, salvo eo quod factum est: et salvo etiam iure fidelitatis debite perpetuo Nobis et successoris nostris faciendo, ac etiam salvo ut infra cum omnibus et singulis: que infra predictos continentes confines vel alios, si qui forent veriores vel in futurum, erunt in ipsis bonis que acquirent. Accessibus quoque ingressibus egressibus, et regressibus suis usque in vias publicas, et cum omnibus et singulis que ipsa bona, et quodlibet eorum habent super se infra, seu intra se in integrum, omniue iure et actione usu, seu requisitione que bona nomine ipsius Biemini constituiimus possidere donec ipsorum bonorum possessionem nactus fuerit corporalem: quam si quidem accipendi et deinceps retinendi sibi licentiam omnimodam concedimus atque damus. Promittentes per nos, et successores nostros dicta bona sic in feudum data ut supra et quilibet alia bona, que ipse Bieminus, et ejus filij nepotes et pronepotes, et quolibet eorum in perpetuum legitime descendentes acquirent aliquo iure vel titulo ut supra, ab omni persona, comuni, collegio, et universitate defensare. Et predictam concessionem in feudum, et omnia et singula suprascripta proprio firma et grata habebimus et tenebimus. Et insuper: quia non modicam querelam recipimus que suprascripta bona, et etiam aliqua alia: que antecessores dicti Biemini a domino Federico imperatore avo nostro in feudum tenebant sine licentia pignaverunt, obligaverunt, vendiderunt et quadam conclusione nomine livelli alienaverunt in grande daninum Imperij nostri, et in preiudiciuni

dicti Biemini. Habito ergo super hoc consilio Episcoporum Ducum marchionum et comitum, simul et palatinorum iudicium et aliorum processorum. Sancimus tenor presentium, ut dicto Biemino, nec eius filiis, nepotibus nec pronepotibus nec alicui alteri ex eis in perpetuum legittime descenditibus liceat suprascripta bona ei data in feudum ut supra, nec etiam ea que dictus Bieminus eiusque filij nepotes et pronepotes: et quilibet ex eis in perpetuum legittime descendentes acquirent in, et super territorio et districtu Brixie in totum vel in parte vendere vel pignerare vel quocumque modo distrahere sine licentia nostri vel successorum nostrorum. Volentes ad hoc, ut successores dicti Biemini propter eius probitatem et virilitatem amplificentur divitijs et honoribus quod et si quo tempore in perpetuum dictus Bieminus vel eius filij nepotes et pronepotes, vel ex eis, et quilibet eorum in perpetuum descendentes legittime, dicta bona sic data in feudum ut supra, vel etiam ea que in futurum acquirent vel aliquam partem eorum vindiderint vel pigneri dederint, vel modo aliquo distraxerint sine nostri vel successorum nostrorum licentia; dicta bona que vendent vel pigneri dabunt seu quocumque modo distraherent amittant et perveniant ad filios vel nepotes, seu pronepotes ipsius talis alienantis dicta bona, vel aliquam partem eorum ut supra et ipsis non extantibus perveniant ad proximiores masculos ipsius talis alienantis descendentes a dicto Biemino in perpetuum non obstante que tunc sint in potestate eorum patrum vel avorum, seu proavorum talium vendentium vel pigneri dantium seu quacunque modo distraheant que ex nunc prout ex tunc Volumus que sint emancipati ab eorum et cuiuslibet eorum patribus avis et pro avis in quorum potestatem erunt quoque ab eorum sacris relaxati sint, taliter, ut absque patris potestatis obtentu possint testari, agere contra hoc, et pacisci et omnia et singula tam in iudicio quam extra faceret: et libere exercere que quilibet pater familias facere et exerce potest. Duminmodo dicta bona et ea que in futurum acquirent non vendant nunc pigneri obligent nec quocumque modo distraherant sine licentia ut supra, quod si fecerint alij eisdem proximiores succedant ut supra. Et predicta bona que sic in

futurum alienabuntur ut supra taliter. set tali modo perveniant ad superscriptos nepotes vel filios seu pronepotes alienantis vel ad ceteros alios proximiores ut supra que ipsa et quamlibet partem eorum usu-capere tenere et possidere usufructuare et in eis intrare , et de ipsis possessionem corporalem accipere propria autoritate, sine aliqua imploratione alicuius magistratus vel alicuius alterius persone possint quacumque die et hora prout eisdem placuerit aliquibus ex omnibus in aliquo non obstantibus: nullaque temporis decemviginti quatraginta, et etiam mille annorum prescriptione impidente: et etiam non obstantibus aliquibus legibus per nos, seu precessores nostros editis contra omnia et singula suprascripta et quodlibet suprascriptorum facientibus, quibus omnibus et singulis in hac parte ex certa lege derogamus: et hec locum habeant si dicti filij vel nepotes, vel quilibet alij proximiores ipsius talis alienantis ut supra, si etatis erunt annorum vigintiquinque sin autem postquam erunt dicte etatis dictorum annorum vigintiquinque dictorum bonorum sic alienatorum ut supra infra quinquaginta annos proxime futuros a die alienationis si erunt dicte etatis annorum vigintiquinque sin autem a tempore dictorum annorum in ante computandis possessionem acceperint vel in ipsis intraverint per se vel per aliam personam eorum nomine. Et ut dicti Biemini qui causa nostre Corone defendende se posuit ad preliandum cum inimico nostro, quem sua probitate nobis subingavit, probitas universis et singulis sacri nostri Imperij divulgetur; et ut hij qui vitam suam pro nobis omnibus periculis exponunt non sint irremunerati, hoc nostre pietatis beneficium indulgemus. Ut dictus Bieminus eiusque filij nepotes et pronepotes, et omnes et singuli ex eis in perpetuum descendentes stare et habitare possint in civitate brixie, et in eius districtu sive territorio vel etiam in supra scripta rocha et in quacumque alia civitate, castro, burgo, loco, et terra, nostri sacri Imperij. Et ipsis stantibus et habitantibus in ipsis et qualibet earum possint frui gaudere, ac uti privilegijs, legibus, ordinibus, statutis, utilitatibus, et commoditatibus usibus usantijs, et factionibus taliter: et quemadmodum cives burgasani, terrerij et oriundi ipsarum civitatum burgorum et terrarum

in quibus habitabunt in perpetuum fruentes gaudebunt et possidebunt ita et taliter quod ipsi et quilibet eorum: qui ibunt ad habitandum: et commorandum in aliqua civitate vel castro seu burgo et terra dicti nostri sacri Imperij, esse intelligentur, et sint ipso facto cives burgensesani terrerij ipsarum civitatum et burgorum in quibus morabuntur ut supra. Ipseque Bieminus eiusque filij nepotes et pronepotes: et quilibet ex eis et quolibet eorum in perpetuum descendentes sint et esse debeant immunes et exempti cum omnibus suis filijs et filiabus, servis ancillis, famulis et vasallis cum ipsis et quolibet eorum commorantibus ab omnibus et singulis taleis, datijs, gabellis, pedagijs, et oneribus in perpetuum ipsis civitatibus, burgis, castris, locis et terris, in quibus habitabunt imponendis quacumque de causa: Nec cogi possint, neque debeant cum dictis eorum et cuiuslibet eorum filijs, filiabus servis, ancillis, famulis, et vasallis: qui secum habitabunt ut supra per aliquem episcopum, Ducem, Marchionem, et Comitem, nec per aliquam aliam personam ad aliquam tolonem datii gabelle nec pedagij factionis nec, talearum oneris, nec factionis realis, nec personalis eundo stando vel redeundo in quacumque civitate, burgo, castro, loco, et terra, pro aliquibus bonis seu mobilibus, et immobilibus: que et quas ipse Bieminus ejusque filij nepotes et pronepotes et quilibet ex eis in perpetuum, descendentes et in super territorio et districtu Brixie: seu in et super alijs territorijs et districtus omnium civitatum nostri sacri Imperij acquirent et habent dummodo mercimonia non conducant.

Mandantes quibuscumque Episcopis Ducibus Marchionibus comitibus et Vicarijs nostris presentibus et futuris quatenus omnia et singula suprascripta et infrascripta observent et observari faciant, si a dicto Biemino vel ab aliquibus ex eis descendantibus eisdem requisitum fuerit. Et si quis contra hanc nostre concessionis in feudum et privilegij paginam vel aliquam eius partem venire temptaverit, Decem libras puri auri persolvat, medietatem Camere nostre, et aliam medietatem iniuriam passis. Unde predictus Bieminus promisit prelibato domino Imperatori pro se et eius successoribus recipienti, et iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis fidelitatem,

et vasellagium in perpetuum quod non erit in dicto, facto, aut consilio quod personam aut vitam, aut membrum, aut honorem suum amittat, aut quod mala captione detineatur. Et si ad notitiam dicti Biemini pervenerit quod aliquis aliquid predictorum contra prelibatum Dominum Imperatorem seu eius successores velit committere, pro posse deturbabit. Alioquin quam citius poterit, vel per ipsum vel per nuntium eius vel per litteras suas sibi nuntiare curabit. Et imperium quod habet vel successores ejus habebunt pro posse suo manuteneri iuvabit et defendere. Et consilium quod ad ipso petierit fidelitatis sibi secundum quod adeo sibi data prudentiam dabit, Secreta ab eo sibi commissa nulli sine licentia sui manifestabit. Et generaliter puram et veram fidelitatem sibi eiusque successoribus in perpetuum observare si Deus ipsum adiuvet. Et in robur et confirmationem presentium et concessionis prefate ipsum Bieminum cum cyrotheca, dicto feudo honorifice Investimus: et in signum mutue, et perpetue dilectionis et fidei osculo interveniente. Et presentem concessionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta Volumus quod perpetuo durent et valeant, et in perpetuum observentur, non obstante quod dictus Bieminus a successoribus nostris in perpetuum investituram confirmationem et novationem presentium non petierit vel a successoribus nostris investitus non fuerit de dicto feudo, et omnibus et singulis suprascriptis, sive quod successores dicti Biemini ex eo in perpetuum legittime descendentes a nobis, seu a successoribus nostris investitram et confirmationem dicti feudi et omnium et singulorum suprascriptorum non petierint et de novo investiti non fuerint, Salvo quod si dictus Bieminus vel ex eo in perpetuum legittime descendentes masculi a nobis vel successoribus nostris requisiti fuerint personaliter per nuntium nostrum vel successorum nostrorum quod investituram accipient: et fidelitatem ut supra: et non fecerint, tunc ipsum feudum amittant, et ad cameram nostram libere revertatur: Et hec in perpetuum observentur, non obstantibus aliquibus legibus in contrarium facientibus ad predicta, omnia et singula, vel aliquod predictorum. Ut autem hec vera credantur signo, et sigillo nostro Jussimus inserius

communiri. Huius rei testes: Albertus madeburgensis ecclesie archiepiscopus, tridentinus episcopus, Andreas alpinus, raynaldus duca, et reliqui.

Signum ☩ Domini Federici Romanorum invictissimi Imperatoris et Regis sicilie: Ego Conradus mittiensi: e spiriencij episcopus, et imperialis aule Cancellarius et totius italie legatus recognovi:

Acta sunt hec anno a nativitate domini millesimo ducentesimo vigesimo primo kalend. novembris indictione nona. Imperatore domino nostro Frederico Romanorum imperatore semper augusto, et Rege sicilie anno romani regni eius octavo in sicilia XIIIJ. imperij nostri secundo.

Datum apud Nerinum in generali consilio episcoporum Ducum Marchionum et comitum simul et palatinorum Judicium et aliorum procerum feliciter: amen.

Devotis igitur et instantijs predicti Nicolai agentis pro se et nominibus quibus supra supplicationibus favorabiliter annuentes, student tesque pro viribus predecessorum nostrorum vestigia imitari preanotatam concessionem in feudum: et omnia: et singula in suprascripto privilegio et concessione, et quolibet capitulo et parte ipsorum privilegij et concessionis in feudum contenta, per Dominum Fredericum predecessorum nostrum dicto quondam Biemino avo dicti nicolai concessa Ratificamus approbamus et presentis scripti princinio (*sic*) renovamus: et confermamus: et in renovationis et confirmationis signum ipsum Nicolaum pro se, et nominibus quibus supra recipientem cum cyrotheca de dicto feudo honorifice investimus cum promissionibus clausulis, pactis, ordinibus conventionibus utilitatibus et preminentij contentis in suprascripta concessione feudi, et privilegio et quilibet eorum milites et ceteras facientes prout in suprascripta concessione et privilegio prelibati prefati domini Federici predecessoris nostri continetur, et scriptum est. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre ratificationis approbationis, et confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire; quod qui facere presumpserit predictam penam, et indignationem nostram gravissimam noverit incurisse: Et quia nihilominus

nonnulla a parte tenere et possidere, tamen temerarie, de superscriptis bonis datis in feudum per prelibatum dominum Federicum imperatorem predecessorem nostrum suprascripto Biemino avo dicti Nicolai ut supra. et etiam de hijs que dictus Bieminus et eius filij, et saltem supra scriptus Robertus, quondam pater dicti Nicolai acquisiverunt super territorio, et districtu Brixie nolle aliquo modo libere relaxare dicto Nicolao, nec dicto benvenuto eius fratri filij quondam dicti roberti ipsa bona expedita et vacua sine contradictione, asserentes dicte tales persone, prout ad pervenit aures, quod dicta bona emerunt a dictis quondam biemino vel roberto, et etiani quod sunt tute prescriptiones decem viginti et quaraginta annorum: quod nobis absurdum videtur. quia id quod a principio non valuit tractu temporis convalescere debeat. Quo causa Volumus et ex certa lege sancimus quod dicte tales persone, et omnes alicuique emerunt et acquisiverunt ab ascendentibus dictorum Nicolai et benvenuti, et in futurum ement vel acquirent a dictis Nicolao vel benvenuto vel ab altero eorum, seu ab eorum, et cuiuslibet eorum descendantibus vel aliquo alio modo tenebunt vel possidebunt seu nunc tenent vel possident aliqua ex dictis bonis: que a nobis et predecessoribus in feudum tenent, et possident ipsi Nicolaus et Benvenutus, seu que ipsi, seu sui antecessores acquisiverunt: et in futurum eorum descendentes acquirent in, et super territorio et districtu brixie teneantur: et debeant statim ipsa bona relaxare postquani fuerit eisdem personis denuntiatum per dictum Nicolaum seu benvenutum, vel per aliquem ex ipsorum, et cuiuslibet ipsorum descendantibus, quibus ipsa bona secundum formam superscripte concessionis in feudum spectant, et pertinent seu spectabunt, et pertinebunt quod ipsa bona relaxent, quod si facere contempserint solvant incontinenti libras quinque auri medietatem camere nostre, et aliam medietatem damnum passis, et nihilominus ad relaxationem dictorum bonorum omnibus juris remedij compellantur per quemcumquem magistratum potestatem seu Rectorem civitatis brixie vel eius districtus statim cum eisdem vel alicui eorum requisitum fuerit precium cuiilibet magistratui vel potestati seu rectori in predictis negligenti libre unius

puri auri solvende pro medietate camere nostre: et pro alia medietate episcopo brixie. Et predicta et singula perpetuo durent et valeant, ac observentur, non obstantibus aliquibus legibus tam editis quam edendis contra predicta vel aliquod predictorum facientibus: quibus in hac parte ex certa lege nostra derogamus. Unde dictus Nicolaus pro se, et nominibus quibus supra ibidem de fide ac fidelitate servanda prelibato domino Enrico et suis successoribus in omnibus, et per omnia prout dictus quondam Bieminus avus eius fecit dicto domino Federico imperatori et in suprascripto privilegio et in feudum concessione continetur solemnem promissionem fecit et corporale prestitum iuramentum. Post hec incontinenti in signum mutue dilectionis et fidei servandæ pœcis osculo interveniente. In cuius rei testimonium presentes scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus muniri: Signum ☩ Domini Henrici romanorum regis invictissimi.

Datum mediolani quarto kalend. februarij indictione nona anno domini M.CCC.XI. regni vero nostri tertio. Ego frater Henricus tridentinus episcopus sacre imperialis aule Cancellarius vice domini Henrici coloniensis archiepiscopi sacri imperij per italiam archicancellarij recognovi.

Hoc exemplum per me Nicolaum filium maphei de bindatiis de materno notarium suprascriptum et infrascriptum sumptum ex authentico privilegio et in feudum concessione prelibatorum dominorum imperatorum signato signis ipsorum Domini Federici romanorum imperatoris et Henrici romanorum regis, et sigillo cere habente in circulo orbicularias literas has, videlicet Henricus dei gratia romanorum rex semper augustus, et infra circulum habente quandam imaginem imperatoris in cathedra imperiali sedentis, et in capite regalis diadema, habentis in manuque dextera sceptrum et in sinistra pomum rotundum tenentis munito fuit spectabili et egregio militi Dom. Francisco de galvejs capitaneo riperie lacus garde districtus brixie nec non sapientis, et egregio legum doctori domino Jorio de gadaldis de brixia judice prefati domini capitanei pro tribunali sedentibus ad eorum et cuiuslibet corum solitum banchum iuris sui officij, situs in terra de

materno in domo arengerie sita super platea dicte terre de materno iuxta lacum insinuatum: et coram ipsis a me nicolao notario infra scripto eorundem officiale ad civilia, et alijs subscriptis notarijs diligenter cum suprascripto autentico privilegio et in feudum concessionem auscultatum. Cumque prefati domini capitaneus et vicarius noverint dictum authenticum privilegium et concessionem in feudum non fore vitiatum nec canzellatum: nec in aliqua sui parte abolitum seu suspectum, neque in scriptura, neque in sigillo: quod sigillum integrum erat in forma, seu impressione, et in litteris suprascriptis que legibiles apparebant et ipsum exemplum cum dicto concordat ad ipsius exempli plenam fidem et testimonium, suam et comunitatis riperiae predictae. Interposuerunt auctoritatem et decretum Die XIIIJ. mensis junij hora juridica. M.CCCC. sexto, quarta decima indictiones ad banchum juris suprascriptum situm ut supra. Et hoc in presentia et ad requisitionem Antonij filij quondam acilesij filij quondam bonifacini filij quondam suprascripti benvenuti fratris suprascripti, quondam nicolai Judices de manerva, ut asserebat ipse Antonius: et presentibus etiam infrascriptis Jorio notario quondam tonoli de gargnano. Tebaldino filij quondam magistri Comini de laude habitantes terre boiaci de gargnano. Bertolo quondam ioannis de calsonibus de salodio et Bertolo filio requiliani valenti omnibus istis quatuor notarijs Joaino dicto bergamino filio tonoli de paterno habitator de salodio et Bertolo filio requeliazoli de materno omnibus testibus idoneis et rogatis.

Ego iorius notarius quondam tonoli peterzoli de gargnano Hoc exemplavi cum infrascriptis Bertolo de calsonibus: Bertolo requiliani: tebaldino et Nicolao notarijs iuxta authenticum privilegium: et infeudum concessionem per prelibatum dominum Federicum concessum suprascripto Biemino de manerva: et innovatum et confirmatum per Dominum Henricum Romanorum Regem suprascripto Nicolao de manerva coram prefatis dominis capitaneo et vicario diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concordare inveni ipsorum capitanei, et vicarii mandato ad ejusdem exempli bonam fidem, et testimonium me subscripti.

Ego tebaldinus notarius fil. quondam magistri comini de laude habitator boiaci de gargnano suprascriptum exemplum cum suprascripto iorio et infrascriptis Bertolo de calsonibus, Bertolo requiliani, et nicolao notario iuxta autenticum privilegium, et in feudum concessionem concessum ut supra coram prefatis domin. capitaneo et vicario diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concordare inveni ipsorum dom. capitanei, et vicarii mandato ad eiusdem exempli bonam fidem et testimonium me subscrispi.

Ego Bertolus fil. quondam ioannis de calsonibus de salodio notarius suprascriptus exemplum cum suprascriptis iorio, et tebaldino, et infrascriptis Bertholomeo requiliani, et nicolao notarijs iuxta autenticum privilegium et in feudum concessionem per prelibatum dominum Federicum concessum ut supra coram prefatis dominis capitaneo et vicario fideliter auscultavi et quia cum originali concordare inveni ipsorum Dom. capitanei et vicarii mandato me subscrispi in robur et testimonium promissorum.

Ego Bertolom. filius requiliani de materno notarius suprascriptum exemplum cum suprascriptis iorio Bertolo et tebaldino et infrascripto nicolao notarijs iuxta autenticum privilegium, et in feudum concessionem per prelibatum dominum Federicum concessum ut supra coram prefatis dominis capitaneo et vicario diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concordare inveni ipsorum dominorum capitanei, et vicarii mandato me subscrispi in robur et testimonium premissorum.

Ego Nicolaus filius maphei notarius suprascriptus, et officialis prefatorum dominorum capitanei et vicarij et utriusque eorum ad civilia suprascriptum privilegium et in feudum concessionem per prelibatum dominum Federicum concessum ut supra fideliter scrispi, et exemplavi: et postmodum in presentia prefatorum dominorum Capitanei et vicarij cum suprascriptis iorio, tebaldino. Bertolo de calsonibus et Bertolo requiliani notarijs suprascriptis diligenter et fideliter cum ipso autentico, auscultavi et quia utrumque concordare inveni, ipsorum dominorum capitanei et vicarij mandato me cum solita attestatione subscrispi.

Hoc exemplum per me Stephaninum de lorinis de claris civem Brixiensem notarium infrascriptum sumptum ex quodam alio autentico seu exemplo, sumpto ab originali privilegio prefatorum dominorum Imperatorum per suprascriptum Nicolaum de bindacijs de materno notar. et per alios notarios suprascriptos subscripto et roborato prout superius contra fuit Magnifico et generoso viri Domino Hectori pasqualigo honorabili potestati Civitatis Brixiae et districtus pro Serenissimo et Excellentissimo Dux Domino nostro venetiarum pro tribunali sedenti super quodam bancho posito in sala superiori domorum suae residentiae in quibus pro comuni brixiae iura redundunt contractae sanctae Agathae dictae civitatis brixiae, quod banchum et quem locum sibi ellegit pro suo loco et idoneo tribunal ad hunc actum, infirmatum: Et coram eo a me Stephanino notario predicto et infrascripto et alijs notariis subscriptis ut infra cum suprascripto autentico seu exemplo ab originali privilegio et concessione predictis sumpto ut supra, auscultatum: Cumque prefactus D. Potestas neverit suprascriptum alium autenticum non esse vitiatum cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum et ipsum exemplum suprascriptum cum dicto alio autentico seu exemplo concordare: Igitur ad ipsius exempli plenum fidem et testimonium suasum et dictae Civitatis Brixiae auctoritatem interposuit pariter et decretum anno Domini a nativitate ejusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo quintadecima inductione. Die vero martis ultimo mensis octobris in loco suprascripto: Et haec in presentia et ad requisitionem Egregij viri domini Antonij Causidici Civis Brixiens. fil. quondam. domini Achaxsij fil. quondam domini Bonifatij fil. quondam suprascripti Domini Benvenuti fratrī suprascripti quondam domini Nicolai Judicis de manerva ut asserebat idem dominus Antonius: et presentibus et infrascriptis ioanne de ruidano: Antonio de medicis: Comino de Sancto Gervasio: Tonono de Ardesio: et Gotardo de laquavita omnibus notariis civibus Brixiensib. Nec non sapientibus et egregijs viris. Domin. Stephano de valmarana, legum doctore iudice malliorum, Dom. Paulo de montegnana Jurisperito iudicem romanum presati domini Potestatis, domino Andrea

de ganassonibus jurisperito et Jacobo dicto rosino de guaynarijs ac alijs quam pluribus omnibus civibus et habitatoribus dictæ Civitatis brixiae testibus rogatis, et notis.

In Xpi nomine Ego Cominus filius quondam Gervasini de sancto gervasio publicus imperiali auctoritate notarius civis et habitator civitatis brixiae. Hoc exemplum cum infrascriptis Joanne de rudiano: Antonio de medicis: tonono de Ardesio: gotardo de laquavita, et Stephanu de lorinis notarijs iuxta autenticum exemplum privilegij et in feudum concessionis per prelibatum Dominum Federicum concessum suprascripto Biemino de manerva et innovatum: et confirmatum per Dom. Henricum romanorum regem suprascripto Nicolao de Manerva. Coram prefato domino Hectore potestate Brixiae diligenter et fideliter auscultavi et quia utrumque concordare inveni, ipsius domini potestatis mandato ad eiusdem exempli bonam fidem et testimonium me subscrispsi signo mei tabelionatus apposito consueto.

In Xpi nomine Ego Gotardus filius Bertolus de burinis de urgnano dictus de laquavita notarius civis et habitator civitatis Imperiali auctoritate, hoc exemplum cum suprascripto Comino notario et infrascriptis Joanne de rudiano, Antonio de medicis, Tonono de ardesio et Stephanino de lorinis notar. iuxta autenticum exemplum privilegij et in feudum concessionis per prelibatum Dominum Federicum concessum suprascripto Biemino de manerva, et innovatum et confirmatum per Dom. Henricum regem suprascripto Nicolao de manerva. Coram pre-
fato Dom. Hectore potest. brixiae diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concordare inveni: ipsius Dom. potestatis mandato ad eiusdem exempli bonam fidem et testimonium me subscrispsi signo mei tabelionatus apposito consueto.

In Xpi nomine Ego Joannes filius Tonini de rudiano notarius civis Brixiens. suprascriptum exemplum cum suprascriptis Comino Gotardo, et infrascriptis Antonio Tonono et Stephanino notarijs iuxta autenticum exemplum privilegij et in feudum concessionis, per prelibatum Federicum concessum suprascripto Biemino de manerva, et innovatum et confirmatum per domin. Henricum Regem suprascripti Nicolao

de manerva coram prefato Dom. Hectore potestate Brixiae diligenter et fideliter auscultavi: et quia utrumque concordare inveni ipsius Domini potestatis mandato ad eiusdem exempli bonam fidem et testimonium me subscripsi signo mei tabelionatus apposito consueto.

In Xpi nomine Ego Antonius, quondam Domini Thomae de medicis publicis imperiali auctoritate notarius civis et habitator civitatis brixiae suprascriptum exemplum cum suprascriptis tonino gotardo et joanne de rudiano, et infrascriptis tonono, et stephanino notariis iuxta authenticum exemplum autentici privilegij et in feudum concessionis per prelibatum Dom. Federicum concessum suprascripto Biemino de manerva, et innovatum et confirmatum per domin. Henricum Regem suprascripto Nicolao de manerva cum prefato Dom. Hectore potestate brixiae diligenter, et fideliter auscultavi et quia utrumque concordare inveni ipsius dom. potestatis mandato ad eiusdem exempli bonam fidem et testimonium me subscripsi signo mei tabelionatus apposito consueto.

In Xpi nomine Ego Tononus filius georgij de ardesio civis et habitator Civitatis brixiae publicus imperiali auctoritate notarius, hoc exemplum cum suprascriptis Comino gotardo, Joanne et Antonio et infrascripto Stephanino notariis juxta authenticum exemplum autentici privilegij et in feudum concessionis per prelibatum Dom Federicum concessum suprascripto Biemino de manerva, et innovatum et confirmatum per Dom. Henricum Regem suprascripto Nicolao de Manerva, coram prefato Dom. Hectore potestate brixiae diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concordare inveni ipsius domini potestatis mandato et ejusdem exempli bonam fidem et testimonium me subscripsi signo meo tabelionatus apposito consueto.

Et Ego Stephaninus filius faustini de lorinis de claris civis brixiens. publico imperiali auctoritate notarius. Hoc exemplum suprascripti autentici privilegij predicti, et in feudum concessionis per prelibatum Dom. Federicum Romanorum imperatorem concessi suprascripto Biemino ut supra et confirmati per prelibatum Dom. Henricum Romanorum Regem suprascripto Dom. Nicolao de manerva, fideliter scripsi

et exemplavi, et postmodum in presentia prefati magnifici domini potestatis cum suprascriptis Comino, gotardo. Joanne antonio, et tonono notarius suprascriptis diligenter et fideliter, cum ipso autentico auscultavi et quia utrumque concordare inveni ipsius magnifici domini potestatis mandato me cum solita attestatione subscrpsi in robur fidem et testimonium premissorum.

1410. 8 Maij. PANDULPHUS De Malatestis Brixiae ac Pergami et ceter. Audita supplicatione tenoris infrascripti vedelicet Magnificæ ac excellentiss. Dominationi vestræ, cum omni debita reverentia exponitur per vestrum Fidelissimum servitorem Antonium de capitaneis de manerva Civem et habitatorem civitatis vestræ Brixiae quod antecessores ipsius: et ipsæ vigore privilegiorum eisdem suis antecessores concessorum, et sibi ab Imperatoribus, semper fuerunt et hodie ipse Antonius est exemptus ab omnibus oneribus, realibus: et personalibus: Et eisdem dicta privilegia, extiterunt per Dominos de vicecomitibus et alias Dominos prefate Civitatis Brixiae observata usque in hodiernum diem. Quo ipse Antonius contra ius, et formam dictorum suorum privilegiorum per nonnullos officiales prelibate Dominationis vestræ gravari intenditur, ad sussistendum onera: et factiones reales et personales in civitate Brixiae. Quare supplicatur quantus prelibata Dominatio vestræ dignetur mandare quibuscumque officialibus eiusdem, presentibus et futuris quod debeant eidem Antonio dicta privilegia observare, ac facere observari, prout et secundum quod eidem et antecessoribus suis, observata fuerunt. In primum non cogendo ad aliqua onera realia vel personalia contra forma dictorum suorum privilegiorum et prout eidem hactenus observatum est substinendum. Et ipsius continentia pensata. Harum serie omni modo, iure, via, forma, et causa quibus melius possumus etiam de nostræ plenitudine potestatis Mandamus Potestati, Referendario, Abbatii, et ancianis, nostræ civitatis Brixiae, cæterisque alijs nostris officialibus, et subditis tam presentibus, quam futuris quatinus privilegia de quibus superius fit mentio et contenta in illis, de cætero servent: et faciant inviolabiliter observari. et hoc attentis

narratis in supplicatione predicta: In quorum testimonium presentes sieri, et registrari mandavimus nostrique sigili munimine roborari: Datum Brixiae Die octavo Maij. M. CCCC. X. Paulus.

Registrata in registro rubeo scacato ad capellam rationarie communis Brixiae in fol. XVIIJ. a tergo per Joannem de zono notarius ibidem die XVJ. Julij. M. CCCC. X. inductione IIJ.

1421. 15 Maij. In Xpi nomine Millesimo quatringentesimo vigesimo primo Die quinto decimo mensis Madij. Convocatis et congregatis infra- scriptis Dominis Abbatे et ancianis negotijs communis Brixiae presiden- tibus, de mandato et in presentia Egregij legum doctoris Domini Gillij de guidebonis de terdona, vicarij spectabilis et strenui viri Dom. Vberti de spinulis honorabilis potestatis Civitatis et districtus Brixiae pro Illustrissimo Principe et eximio Domino nostro Domino Filippo maria angelo duce Mediolani: Papiæ Angleriæque Comite, Et in pre- sentia etiam: et mandato egregij viri Domini Gregorij cazavache de Cremona. Referendarij Brixiae. et districtus. In Camera ancianorum sita in domibus ubi habitat dictus Dominus Potestas contratæ portæ bru- satæ, sono botti campanæ turris de Dom more et loco solitis pro in- frascriptis et alijs spetialiter peragendis, Nomina quorum scilicet Do- minus Antonius de fortis abbas, Bonifatius de belasijs, Jacobus de zavarixijs, Ugolinus de bonis, Nicolaus de feroldis, Achilles de advo- catis pro se et petro de gandino, Jacobinus de raynerijs, Bartholomeus de guaynarijs. Federicus de salis. Prefati domini Abbas et anciani, Audita petitione Antonij de capitaneis de manerva civis brixiens. tenoris sub sequentis, videlicet, Coram vobis spectabili et strenuo viro domino Vberto de spinulis honorabili potestate Civitatis, et districtus brixiae vestrique vicario, nec non Dominis Referendario, Abbatе et ancianis negotijs communis brixiae presentibus, proponit antonius de capitaneis de manerva, riperiæ lacus gardæ brixiens. civis et habitator civitatis brixiae filius quondam Achillis filii quondam Bonifatij filij benvenuti filij quondam Roberti. Quod per imperialem privilegium per Fede- ricum divina favente clementia, et Romanorum imperatore semper

augustum et Siciliæ Regem, concessum Biemino de manerva districtus brixiae, suisque filijs, nepotibus, et pronepotibus, deinde per Henricum dei gratia romanorum Regem semper augustum confirmatum Nicolao iudici filij quondam Roberti filij quondam Benedicti ¹⁾ de manerva districtus riperiae pro se et nomine, et vice Benvenuti fratris dicti Nicolai iudicis et fil. quondam dicti roberti ac nomine et vice filiorum, nepotum et pronepotum dicti Nicolai, et dicti benevenuti et omnium et singulorum, ex eis, et quolibet eorum in perpetuum descendentium masculorum recipienti. Ipse Antonius eiusque filij, et descendentes sunt et esse debent Immunes, liberi, et exenti, ab omni solutione datij, gabellæ, et pedagij, factionis et talearum, ac oneris realis et personalis et ceter. prout in eius privilegio latius et plenius continetur. Quod que dictum privilegium tempore bonæ memorie quodam Illustrissimi Principis Domini nostri. Domini Ducis Mediolani, et ab inde citra continue, sibi extitit observatum et de presenti observatur et servari debet: Quare postulat, et requirit ipse Antonius pro se et suis descendantibus quatenus dictum privilegium et contenta, in eo confirmare placeat. Ita quod ipsius auctoritate et vigore gaudeat et gaudere possit ed debeat immunitate et exemptione reali, et personali, comprehensa in privilegio memorato prout gavisus fuit et est, et gaudere debuit temporibus retroactis et cet. Et super predictis omnibus et singulis, colloquio, et deliberatione simul habitis, cum precedenti informatione sumpta super inde. Cupientes olim in predictis observata et in posterum eidem Antonio debere servari vigore dicti privilegij: et ob ipsius reverentiam unanimiter et concorditer nemine discrepante cum autoritate et consensu prefatorum dominorum officialium Providerunt et deliberaverunt, et providendo et deliberando Confirmaverunt Dictum privilegium et contenta in illo providentes insuper et decernentes ipsum, et contenta in eo ipsi Antonio et suis filijs, nepotibus et pronepotibus per quoscumque officiales et subditos Illustrissimi

1) Di fianco è sostituito in carattere più moderno *Biemini*.

Domini nostri, Domini Ducis mediolani, et communis Brixiae, et alios quoslibet debere inviolabiliter observari.

Ego Paulus de piano notarius et Cancellarius communis Brixiae in robur et testimonium premissorum me subscripti.

Ego Daniel de calcagnis notarius provixionum et cancellarius communis Brixiae ad fidem predictorum me subscripti.

Registratus ad Capellam rationarie communis brixiae in registro Albo in fol. LXXVIJ. a tergo per me petrum de lothis de manervio notarius ibidem.

1427. 5 Febr. FRANCISCUS Foscari Dei gratia Dux Venetiarum et ceter.

Nobilibus et sapientibus viris Fantino Dandulo et Nicolaus Mari-petro de suo Mandato Provisoribus in Brixia, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Fuit presentata domino nostro supplicatio quedam parte fidelis nostri Brixiensis Antonius de manerva in qua effectualiter continetur Quod antecessoribus ipsius antonii, et sibi suisque descendantibus concessa fuerunt aliqua privilegia exemptionis a quibuscumque Datijs, gabellis, taleis, pedagijs et oneribus realibus et personalibus civitatis nostrae Brixiens. que sibi ab omnibus Dominis qui fuerunt per tempora usque adeptum per Nos Dominium ipsius Civitatis observata fuerunt. Unde supplicavit eadem privilegia, sibi per nostrum Dominium confirmari et observari. Nos itaque audita supplicatione predicta et intellecta responsione vestra super ex centes dignum et justum esse, quod ipsi Antonio de manerva fidieli nostro, et descendantibus suis obseruentur exemptiones in eis privilegijs contente per eum modum et sicut observate fuerunt temporibus retroactis Volumus et vestiae fidelitati Mandamus quatenus easdem exemptiones tam reales quam personales secundum quod fuerunt observate in praeterito observare et observari facere beatis in presenti et in futuro, faciendo in cancellaria deinde ordinate notari ac singulariter et clare ea a quibus debent esse, exempti, ita quod privilegia sua in alijs que subscriptis esse magnifice importantur.

et non fuisse servata in preterito locum non habeant etiam in futuro
et sic debeatis inviolabiliter facere et observare.

Data in nostro Ducali palatio Die quinto februarij indictione sexta
M. CCCC. XXVIJ.

Registrata per Franciscum Cancellar. Item registrata in registro
rubeo magno ad rationarium Brixiae in fol. I. per Petrum de lothis.

1428. 8 Augusti. FRANCISCUS Foscari Dei gratia Dux venetiarum.

Nobilibus et sapientibus viris Fantino Dandulo, et Nicolao Mari-
petro de suo mandato Provisoribus Brixiae, et successoribus suis fide-
libus dilectis salutem et dilectionis affectum. Denotamus vobis quod
in nostris consilijs Minor de XL et Majori hoc instanti die capta fuit
gratia tenoris infrascripti videlicet. Consyderata optima dispositione
et laudabilibus operibus ad honores et exaltationem dominationis no-
strae diversimode ostensis per Prudentem virum Antonium de manerva
civem et fidelem nostrum Brixiae, sicut ex relatione quam plurium
nobilium nostrorum ac etiam ex responsione Provisorum nostrorum
Brixiae plene didicimus Fiat sibi gratia quod post complementum of-
ficij Maffioli de advocatis qui est ad custodiam murorum civitatis
nostrae Brixiae. Ipse anno futuro ad custodiam predictam esse Debeat
cum a conditionibus solitis Remanente officio bulletarum, soli Jacobo
de pelegrino. Quare cum suprascriptis nostris consilijs fidelitati vestre
Mandamus quatenus dictam Gratiam observare, et observari inviola-
biliter facere debeatis, facientes has nostras litteras in actis vestri re-
giminis ad futurorum memoriam registrari.

Data in nostro Ducali palatio Die VIIJ. augusti indictione sexta
M. CCCC. XXVIIJ.

Ego Paulus augustinus de tessarolo de verona cancell. magnis.
dicti Thome michael potestatis et vicecapitanei Brixiae fideliter dictam
litteram Dualem exemplavi de verbo ad verbum die sabbati XIIJ.
novembbris 1428 ¹⁾).

¹⁾ Seguono altre venti Ducali della Republica Veneta, dal 1428 al 1626, e confer-
ma dei Privilegi concessi dagli Imperatori a Biemino e suoi successori.

XXII.

1221 — 1 NOVEMBRE

IL CASTELLO DI SCOVOLO

Federico II conferma il privilegio di Federico I del 1156 già pubblicato a pag. 13, N. IX. (Vedi più avanti anche la conferma di Francesco Sforza del 1447 e quella di Federico IV del 1448).

Odorici 1).

1221. In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, et Rex Siciliæ — Imperialis eminentia iustis postulationibus fidelium suorum consuevit anno accomodare benignos. Ideoque noscat tam presens etas quam successura posteritas, quod nos respicientes et animadvertentes concessionem sive indulgentiam et investitaram quam dominus Fridericus avus noster fecit comunitati et universitati de Scovolo in territorio brisiano eam concessionem ei datam sive investitaram ad instantiam Alberti tridentini episcopi qui nobis et imperio fidelis inventus est, auctoritate imperiali confirmamus, corroboramus atque integerrime donamus, quod ipsum Comunem et Universitatem de Scovolo mares et feminas cum uxoribus et filiis ac filiabus eorum, servis et ancillis suis omnibus proprietatibus et substanciis eorum mobilibus et immobilibus presentibus et futuris sub nostre Potestatis imperialis ex integro in perpetuum recepimus. Precipimus itaque ut nulla civitas, nullus episcopus dux marchio comes seu aliqua persona dictum comunem et universitatem de Scovolo in eo loco habitantes nunc et in futurum distingere pignorare vel calumpniare presumat, nec fiat eis contradicatio venandi piscandi negotiandi aucupandi per

1) Questo documento fu pubblicato dall'Odorici, *Storie Bresciane*, tom. VII, pag. 102, che nella nota prima, dice di averlo tolto da un antico apografo del Comune di S. Felice. Siccome ivi più non esiste, mi sono servito dell'Apografo del Biemmi posseduto dal nob. Clemente Di-Rosa perché più completo.

totum lacum Benacum. Ripaticum, Tholoneum, hostiaticum aut aliquam publicam factionem ab eis aliquando exigat. Etsi quis contra predicta venire temptaverit centum libras puri auri persolvat medietatem camere nostre, aliam medietatem injuriam passis. Ut autem hæc vera credantur signo et sigillo nostro iussimus inferius comuniri. Hujus rei testes Albertus sancte magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Albertus tridentinus episcopus, Andrea alpinus, Rainaldus dux et reliqui.

Signum domini Friderici Romanorum invictissimi imperatoris et regis sicilie.

Ego Coradus metensis et spirensis episcopus imperialis aule cancellarius et totius Ytalie legatus recognovi.

Acta sunt hec anno a nativitate domini Millesimo. CC. XXI. Kal. Novembris. Indict. Nona. — Imperante domino nostro Friderico Romanorum imperatore semper augusto et rege sicilie. Anno romani regni eius VIII, in sicilia XIII. Imperj vero secundo. Dat. apud Narnium fideliter. Amen.

XXIII.

1228 — 19 GENNAIO

*Investitura di varie terre in Villa Margherina, Mezino,
Certedolo ed in campo Linerio.*

Inedito 1).

In Christi nomine. Die mercurj XIII exeunte Januario præsentia hominum quorum nomina subtus sequuntur. Per signum quod in sua manu tenebat Dominus Tolomeus canonicus et præpositus majoris ecclesiæ Brixiae etc.

Investivit Octobonum qui dicitur Bucius et Quartanus ejus frater filius Widonis Scorci de Villa loco Salodii nominatim de infrascriptis petiæ terræ.

) Copia del Perancini presso la Raccolta del D.C. Fossati di Toscolano tolto dagli Atti della Segreteria della Parrocchia di Salò, ove più non esiste.

Prima petia jacet in territorio Villæ ubi dicitur Marghersina se-
cunda jacet in Mezino, Tertia in Cerdetholo, Quarta in campo Linerio.

Gli investiti si obbligano di corrispondere annuatim unam bazetam
olei et aliam bazetam et dimidiam quam solvebantur.... in burgo
Salodii in electione dominorum canonicorum etc.

Actum est hoc in Canonica Salodii. Interfuera Wielmo Archip.
plebis Salodii, et Dominus Madius presbiter Gardæ et Oprandus de
Muro et dominus Q... nus et testi rogati etc.

Anno Domini M. CC. XXVIII. XIII. Jan. Ind. I.*

Ego Botanus de Salodio Not. sacri Palatii etc.

XXIV.

1253 — 23 DICEMBRE

IMMUNITÀ DI POZZOLENGO.

Inedito 1).

In Xpi nomine die martis VIIIJ exeunte mense decembris.

Et abiaticus de taschis. Et martinus de concesio. Et feramundus
boca de lepore. Et coradinus de calcaria. Et lafrancus de sallis. Et
manuel madij. Et Ugezonus ¹⁾ occanonus. Et antonius de gaytanis ²⁾.
Et henricus de martinengo. Et stephanus bellini. Et federicus de grif-
fis. Et Uguzonus de tangetinis. Et hector de cizago. Et focinus de
bleziis. Et zilius ³⁾ bayamundi. Et fornius de pallazio. Et benvenutus
de capriano. Et lafrancus sucii ⁴⁾. Et Raymundus domini conradi
Vgonum. Et grassus de grumethello. Et Piurdus de lanuce. Et bu-
schettus de lavello lungo. Et gabriel tronus. Et grandeus mangonus.

1) Liber Poteris fol. CCCXLIII. Di questo importantissimo Codice pergamenoce,
la Biblioteca Quiriniana possiede due esemplari contrassegnati N. 1 e N. 2: mi sono
valso del primo perchè più completo; ho però notate tutte le varianti riscontrate nel-
l' altro.

1) Cod. 2. Uguzonus.

3) Cod. 2. Egidius.

2) " " de gaynij.

4) " " Gazii.

Et Johannes de peschera. Et Jacobus de pallazo. Et pax de buchis. Et durnachus madii. Et Jacobus manduchasinus. Et berardus madij. Et Albertus forozollus. Et joannes de sancto Jervasio. Et conradus de cazago. Et menelaus rozonus. Et Inverardus faba. Et rizardus de aricis. Et martinus de alcheris 5). Et amathus cagnolus. Et albertus de buarno. Congregatis ante scriptis sapientibus per dominum azonem de pirovano potestatem brixie. In pallazo minori novo communis brixie concordes fuerunt quod potestas eligat tres vel quatuor sapientes viros per quarteria cum quibus providere debeat super facto communis et hominum de pozelengo et quorum provisio reducatur ad consilium generale et de voluntate consilij procedatur super hoc quod factum fuit M. CC. L. tercio Indict. XI.

Item die dominico quarto exeunte mense decembris. Et brianus de cizago. Et albertus forozollus. Et ottonus de pallazo. Et mayfredus alberticulli. Et buschetus de lavello lungo. Et henricus de martinengo. Et zilius 6) bayamundus. Et bona pax de castello. Et bona pax de turbolis. Et zalterius cucche. Et obizo de turbiado. Et albertonus sethesia. Et menalaus rozonus. Et pax de buchis. Et federichus de griffis. Et bartolomeus de monteclaro. Congregatis predictis sapientibus in caminata potestatis per eundem potestatem. In concordia fuerunt pro maiori parte quod detur et concedatur per potestatem et consilium communis brixie de voluntate consilii generalis comuni et hominibus habitantibus in pozelengo et qui in futurum habitabunt. Ibidem immunitas et libertas talis qualem habent 7) comune et homines castri sancti georgij, que concessio fiat potestati de pozelengo in consilio generali per ipsum comuni et hominibus de pozelengo presentibus et futuris. Cum hac adiectione quod in terra de pozelengo vel ejus territorio nullo tempore in perpetuum possint et debeant stare vel habitare vel possessiones aliquas quas 8) habent domini de calcaria et

5) Cod. 2. Alkeriis.

7) Cod. 2. Manca la parola habens.

6) • Egidius.

8) • Aliquas habere dominis.

domini de salis. Et item quod pro comune brixie fiat dacio ⁹⁾ et vendicio comuni de pozelengo de eo toto in integrum quod habent domini de calcaria et domini de salis in terra et territorio de pozelengo pro illo precio quo fuerit extimatum dictum potherum, per comune brixie, et comune de pozelengo, debeat satis dare comuni brixie de precio illius potheri, solvendo illis quorum est dictum potherum ad voluntatem communis brixie et per terminos qui constituentur per commune brixie et sicut ordinabitur per comune brixie.

Et die mercurij ultimo decembris: In pallazo novo minori communis brixie, presentibus dominis ogerio de nivolinis et cresimbeno de prato alboyno causidicis et abbono de albertis et benvenuto notarius de herbusco. Dominus azo de pirovano potestas predictus dedit michi cicamice notario infrascripto verbum et licentiam perpetuandi predicta consilia de privata forma in publicam reducenda sub infrascripto Millesimo.

Et die lune tercio exeunte decembr. sub infrascripto Millesimo congregato consilio generali in pallazo maiori communis brixie, campane sonitu et voce preconia ¹⁰⁾ more solito, propositum fuit per dictum dominum azonem potestatem, quod ipse potestas habuit quamdam quantitatem sapientum, judicum et laycorum qui concordes fuerunt pro maiori parte quod detur et concedatur per potestatem et consilium communis brixie de voluntate consilij generalis comuni et omnibus habitantibus in pozelengo et qui in futurum habitabunt habeant ¹¹⁾ immunitas et libertas qualem habent comune et homines castri sancti georgij que concessio fiat potestati de pozelengo in consilio generali brixie et per ipsum comuni et hominibus de pozelengo presentibus et futuris. Cum hac adiectione quod in terra de pozelengo vel eius territorio nullo tempore in perpetuum possint vel debeant stare vel habitare

9) Cod. 2. Datum.

11) Cod. 2. Ibidem.

10) = Preconum.

vel possessiones aliquas habere domini de calcaria et domini de sallis. Item quod comune brixie faciat datum et vendicionem comuni de pozelengo de eo toto in integrum quod habent domini de calcaria et domini de sallis. In terra et territorio de pozelengo pro illo precio quo fuerint extimatim dictum potherum per comune brixie et comune de pozelengo debeat satisdare comuni brixie de precio illius potheri solvendo illis quorum est dictum potherum ad voluntatem communis brixie et per terminos qui constituentur per comune brixie et sicut ordinabitur per comune brixie super quo dictus potestas consilium postulavit. In quo consilio dominus grifolinus de griffis consuluit in facto pozelengi fiat sicut est in propositione notatum et quod potestas faciat inicium de predictis per suum tempus. ita quod postquam emerint detur ei immunitas et libertas sicut in propositione continetur. In reformacione consilij facto partito placuit quasi toti consilio dictum et consilium dicti domini grifolini antescritpi. Interfuerunt test. Inverardus de bregonado ¹²⁾ notar. conradus nozie notar. et nasdecanus ministralis conradus tayasacus bonapax galeri mallerba ministralis et bagavacius ¹³⁾ preco.

Et die mercurij ultimo mensis decembris. Et petrus gallus. Et bri-
xianus liazari. Et gracius de yseo. Et gioldus de bulgaro. Et jacobus
sechesia et lantelmus de bagnolo. Et zilius ¹⁴⁾ bayamundi. Et piur-
dus de lanuce. Et johannes de calepio. Et girardus de pumpiano. Et
ubertus de porta. Et obizo de turbiado et martinus de viono. Et jaco-
bus cilicincapite ¹⁵⁾. Et tothescus de pallazo. Congregatis antescryptis
sapientum, in caminata potestatis per dominum montenarium Judice
et assensu prediche potestatis in concordia fuerunt quod potestas no-
mine communis brixie faciat venditione sindicis communis et hominum
de pozelengo et per eos comuni et hominibus illius terre de potheris
et possessionibus in integrum dominorum de sallis et de calcaria quod

¹²⁾ Cod. 2. Brogonado

¹⁴⁾ Cod. 2. Egidius.

¹³⁾ " Panigantius.

¹⁵⁾ " Cilicincapite.

habent in terra et territorio de pozelengo, et quod detur ipsi comuni et hominibus illius terre humilitas¹⁶⁾ et libertas secundum reformatiōnem consilij generalis Inde facti pro illo precio quo extimabitur illud poherum per comune brixie vel per illos qui constituti fuerint pro comuni brixie ad hoc¹⁷⁾. Et dicti sindici satisdent de illo precio solvendo secundum reformationem dicti consilij generalis. Tali conditione quod comune de pozelengo et homines illius terre debeat semper¹⁸⁾ esse fidelles communis brixie. et illis qui tenuerint et manutenebunt ci-vitat. brixie. Et si aliquando essent rebelles comuni brixie amittant ipso jure dictam immunitatem die dicto mercurij ultimo decembris. Presentibus dictis testibus dictus domin. azo potestas dedit mihi ci-camice notar. in infrascripto istud consilium ad perpetuandum et de privata forma in publicam reducendum.

Et item die mercurij ultimo Decembris. In pallazo maiori novo communis brixie in publico et generali consilio campane sonitu et voce preconia¹⁹⁾ congregato, dominus azo de pirovano potestas brixie no-mine communis brixie secundum dispositionem alterius generalis con-silij, inde facti et superius scripti de voluntate tocius antedicti con-silij et pro ipso consilio, dedit, prestit, attribuit atque concessit do-mino lafranco de sallis potestati communis de pozelengo. Conrado de castro novo mayfredo franci, alberto vite et cabrielli filio vidonis²⁰⁾ honesti sindicis et procuratoris communis et hominum de pozelengo ut continetur in carta inde facta per bossonem galucij die martis se-cundo exeunte decembris sub infrascripto millesimo. Tenor cuius in-strumenti talis est. In xpi nomine die martis secundo exeuntis de-cembris. In publica platea communis de pozelengo. presentis domino jacobo rascacij de mercato novo et bertramino Ministralis, et lafranco mussi de pozellengo testib. Rogatis. Ibi ottenebonus lombardi consul

16) Cod. 2. Immunitas.

19) Cod. 2. Preconum more solito.

17) » Manca ad hoc.

20) » Guidonis.

18) » Debeant esse fideles semper.

comunis de pozelengo. Venturinus bonaveri. Landulfus qui dicitur ptattus (*sic*) de aynardis. Ruffus de fontibus. Galverius quondam federicu bonetinus ²¹⁾ quondam valze. albertus galianus. bacecus de Vanze. martinus ymie ²²⁾ obertus batinera. Vithella flachatoris. Te baldus quondam zanelli. albertinus carli. Guido de calcaneis. cresentinus ejus frater. honestus de avianis. florius qui fuit de suarro. may fredus quondam trefolii. stephanus bellini. Vielmus de magdolinis. ²³⁾ nicoletus quondam viviani. ottebonus paparottus. fozettus ²⁴⁾ qui fuit de monzambano. Gratarola. Morandus. culboni. Johannes pumme. martinus quondam zaneboni. sucius eius frater. raymundinus ejus nepos. carabellus bonomi cisse. bugattus gandulfi. Johannes butori. bertolameus suus frater. martinus vogane. Ventura ejus filius, et ejus Verbo. girardus stravolti degelvardus eius pater. albertinus liti. campus girardi pagani. girardus cersche. Galerius brogna ²⁵⁾. Zilius ejus frater. Albertus qui fuit de sancto luinzio. Johannes mazze cerutus de madalgisij ²⁶⁾. Albertus mayiola. paytonus dayni. boninconter ognabenus quondam belloti. salvetus qui fuit de capriana. boso quondam gambari. campus ejus frater. moreschinus dominici. bonaventura qui fuit de rivatella. ²⁷⁾ miorinus de carlis. ysachus ²⁸⁾ de blanzonis. bonettus moxardi. redulfus qui fuit de lonado. bernardus acerbe. Gandulfus scattus. paxetus Garoxolus. sonettus machenzano. ²⁹⁾ oliverius quartani. Vidottus boze. ³⁰⁾ Johannes qui fuit de monzambano. pozelengus alberti millij. Garzettus Guielme. bonetta. dominicus oliane. Vido ³¹⁾ codecerus. basso paytoni. Valengus quondam otteboni. riboldus jacobi strinelli. lambardinus palneri. anselinus ymie. ³²⁾ facinus quondam domini laurencii. Agrummus bonaventura pegorarius. ³³⁾ albertus xone. buscacerius

²¹⁾ Cod. 2. Bonesinus.

²²⁾ " Albertus gallianus de Vanzo.

Martinus jne

²³⁾ " Modolinis.

²⁴⁾ " Forzettus.

²⁵⁾ " Gaberius Brogno.

²⁶⁾ " Maldagii.

²⁷⁾ Cod. 2. Rivoltella.

²⁸⁾ " Ysackus.

²⁹⁾ " Machenzani.

³⁰⁾ " Guidottus.

³¹⁾ " Guido.

³²⁾ " Yune.

³³⁾ " Pegnorarius.

benvenutus beroerius. Ubertus ynardi. Galvanus qui fuit de monzambano. nasimbenus ferarius. niger quondam lombardi. Venturinus de pasquallis. falconus palmerij. Vido honesti. Yzerius magum. 34) brunellus qui fuit de ponte, martinus quondam vachi. Lambardus rufi. albertus flandine. et bonsatus quondam solubij. omnes predicti congregati in pubblica vicinia more solito congregata. Fecerunt constituerunt et ordinaverunt suo nomine et nomine et vice communis de pozelengo. Dominum lafrancum de sallis potestatem de pozelengo absentem et conradum qui fuit de castro novo et mayfredum franci et albertum vite verbo patris sui, et cabrielleni filium Guidonis honesti verbo patris sui presentes, suos et dicti communis nuncios et procuratores sindicos et actores et quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis non sit melior condicio ad recipiendum immunitatem et libertatem a comuni brixie et ad recipiendum datum et emptionem faciendam de toto pothero in integrum quod habent domin. de sallis et domini de calcaria in terra de pocelengo et eorum territorio pro illo precio quo dictum potherum fuerit extinatum pro comune brixie. et ad promittendum et ad satisdandum de precio dicti potheri solvendo ad voluntatem communis brixie et per terminos qui constituentur per comune brixie et sicut ordinabitur per comune brixie illis quorum est dictum potherum vel aliis sicut placuerit comuni brixie et ad obbligandum dictum comune et bona dicti communis et quemlibet predictorum in solidum et bona et cuiuslibet predictorum ad laudem sapientis viri et ad voluntatem communis brixie pro omnibus infrascriptis et singulis observandis et atendendis, et ad omnia que essent utilia et necessaria ad predictam vel occasione predictorum et ad securitatem faciendam pro comuni de pozelengo et pro infrascriptis et quolibet eorum ad laudem sapientis viri, fideiussionibus 35) qui se obligaverint pro comuni de pozelengo de precio dicti potheri, solvendo, conservandis eis sine dampno de ipsa obligatione et quicquid ipsi procuratores sindici et actores comites vel divissim fecerint in

34) Cod. 2. Magrinum.

35) Cod. 2. fideiussionibus.

predictis et circha predicta promiserunt nomine ³⁶⁾ de pozelengo et suo nomine ratum et firmum habere et tenere et non contraveneire aliqua ratione vel exceptione que dici vel excogitari possit. Anno domini millesimo CC. Lquarto Indict. XII.

Ego bosso galucij notarius fecit instrumentum dicte sindicarie.

Immunitatem et libertatem talem qualēm habent comune et homines de castro sancti georgij. et per eos comuni et hominibus dicti loci de pozelengo presentibus et futuris et eis sindicis et per eos dicto comuni et hominibus de pozelengo. dictus potestas nomine communis ³⁷⁾ brixie et comuni brixie secundum dispositionem in antedicti consilij. fecit datum et venditionem de toto pothero et omnibus possessionibus in integrum quod et quas habent dom. de calcaria et dom. de sallis in terra et territorio de pozelengo. Cum hac adyectione quod in terra de pozelengo vel ejus territorio nullo tempore in perpetuum possint vel debeant stare vel habitare, ut possessiones aliquas habere dom. de calcaria et dom. de sallis, nominati pro illo precio quo dictum potherum fuerit extimatū per comune brixie vel per illos qui constituti fuerint ad hoc pro comuni brixie. Unde predicti potestas et sindici de pozelengo obligantes personaliter et principaliter et omnes continentēs in instrumento sindicatus et quemlibet in totum suo nomine et vice et nomine communis et hominum de pozelengo presencium et futurorum stipulationes promiserunt dicto domino azoni potestati et per eum comuni brixie solvere et dare precium dicti potheri illis quorum est dictum potherum vel aliis sicut placuerint comuni brixie ad voluntatem communis brixie et per terminos constitutos per comune brixie, et sicut ordinabuntur per comune brixie. obbligantes ad hoc omnia eorum et omnium continentium in carta sindicatus et communis de pozelengo bona presencia et futura pigneri. Renunciat omnibus statutis communis brixie factis et fakturis et beneficio nove consti-

(Qui il codice N. 2 è interrotto per la mancanza di alcune pagine come

³⁶⁾ Cod. 2. nomine communis.

³⁷⁾ nomine communis per eum comuni.

si legge a piede di pagina dello stesso. Hic pagine sequentes videntur lacerate ex libris; per cui cessano le varianti).

tutionis et epistole dom. adriani et omni legum auxilio Ita quod quemlibet eorum et omnium continetur in carta sindicatum possit prius in totum realiter et personaliter conveniri. Tali pacto et conditione quod dictum comune de pozelengo et homines illius terre scriptis esse debeant fideles comuni brixie et illis renunciunt et manutenebunt civitatem brixie et si aliquando essent rebelles vel fuerint comuni brixie amittat ipso jure dictam immunitatem.

Et Die mercurij predicto In caminata habitationis potest. Brixie presentibus dominis Zilio bayamundi judice, jacobo mesacanina. Coxa conversi et alberto de calvixano notar. test. R. Ibi dom. buschetus de lavello lungo bellacatus de drubecho dom. lafrancus de sallis et Galvagnus de Virlis pro dictis sindicis et comuni et hominibus de pozelengo extiterunt fideiussores, et se constituerunt principales debitores, stipulant promitent michi cicamice notar. infrascripto recipienti nomine et vice potest. brixie et pro comuni brixie facere et curare quod dicti sindici et homines et comune de pozelengo omnia et singula supradictis in omnibus et singulis capitullis atendere et observabunt et fidem (*sic*) atenderent et observarent quod ipsi per se et de suo atendent et observabunt. Obligant se personaliter et principaliiter et quemlibet eorum in totum et omnia eorum bona presentia et futura pigneri. Renunciat omnibus statutis brixie factis et fakturis, et beneficio nove constitutionis et epistole domini adriani et omni legum auxilio et omni conditioni sive causa ex juxta vel ex injuxta causa. Ita quod quilibet eorum in totum realiter et personaliter possit convenire ubique. test. qui fuerunt ad venditionem et immunitatem sicut hij. Amadeus gigini notar. benvenutus de herbusco notar. beldecarus de beldecaris notar. Lafrancus de lodrino notar. bagancius petro parmenianus. Ministralis. repotinus Ministralis.

Anno Domini Millesimo CC Lquarto Indict. duodecimia.

Ego Cicamica de cicamicis notar. et scriba dicte potest. sacri palazi his interfui et R. Jussu dicte potestatis hoc scripsi.

In xpi nomine Ego brixianus xandus notarius Autenticum huius exempli Vidi et legi et sicut in illo contractum et scriptum reperi ita hic scripsi et exemplavi nil additum ut diminutum quod sensum vel sentenciam mutet preter forense litteras vel sillabam et me quoque verbo et auctoritate auditorum dominorum Egidi bayamundi et Zalterij cuche Judicum super libro register electorum subscrispi.

In xpi nomine die veneris XII jntrante Februarii. convocato consilio generali super pallazo majori communis brixie. Voce preconis et campane sonitu more solito precepto domini bonifacij quondam domini castelani potest. communis brixie lecta fuit quadam provisio sapientum qui fuerunt XXXV numero quos habuit predictus potestas juxsta voluntatem unius alterius consilij generalis fati de novo inter predicto mense super redificationem et aptacionem castri et comune de pozelengo que continet hoc. sapientes predicti fuerunt concordes quod homines de pozelengo si eis placuerit debeant aptari et colecar ad castrum quod modo est in pozelengo et apud illud castrum et si non eis placuerit quod debeant aptari et colecar ad locum ubi dixerunt potest. et consilio communis brixie per cartam atestatam et quod eis fiat id quod pecierunt. Item quod hec potest. ad consilium generale et secundum voluntatem illius consilij procedatur. Tenor cuius carte talis est.

In xpi nomine die veneris VI intrante februarij. In platea communis de pozelengo factum fuit consilium generale per domin. lafrancum de salis, potestatem pozelengi more solito voce preconia congregatum In propositione cuius consilij lecta fuit peticio sive provisio promissa super redificatione terre de pozelengo per albertum galucium. coradinum de castro novo, Venturinum quondam bonaveri et ottebonum quondam lumbardi. ognabenum quondam belloti. et Florium qui fuit de scondrao, et cabriellem vidonis honesti electos die lune V. exeunte januar. super mores viveri voluntate consilij ibi predictum bonapacem rapini Vicarium dicte potestatis coadunati. Forma cuius petitionis sive

provisionis talis est. Videlicet predictis vij de pozelengo quod petatur potestati et comuni brixie quod homines de pozelengo debeant aptari super montem de Fluno si placet potestati et comuni brixie ita quod quatuor plodia super ipsum montem de fluno claudantur et muriantur uno fossato ampio XX brach. et alto secundum quod fieri debet de jure, et quod potestatis etiam quod placeat potestati et consilio et comuni brixie quod XXV plod. terre extra illud fossatum concedatur pro comuni et consilio brixie, comuni et hominibus de pozelengo. In quibus XXV plodiis terre homines de pozelengo possint facere ortos rogates et eras suas. Ita quod ipsa terra et locus sit tantum communis et hominum de pozelengo. et quod aliquis non habeat infra nec extra fossatum silicet in illis XXV plodiis. et in illis quatuor aliquid proprium nisi comune et homines de pozelengo. Tali modo quod commune et homines de pozelengo debeant dare cambium illis personis qui habent terram in illis XXV plodiis terre et in illis quatuor in extraneum bonorum hominum de communibus pozelengi. In reformatio-
nione consilij placuit omnibus de consilio nemine discordante quod illud quod ordinatum et provisum est per predictos. vij homines de pozelengo vel quod per eos fuerit provisum et ordinatum in provisio-
ne et redificacione terre de pozelengo si placuerit potestati et comuni brixie, et etiam omnia qui petierint potestati et comuni brixie.
ut peti fecerint nomine communis de pozelengo. et pro ipso comuni plenam et integrum in omnibus optineant perpetuo firmitatem. et quod predicta peticio sive provisio detur potestati et comuni brixie per cartam atestate. Interfuere hiis dominus dom. rozerius abas monasterij sancti Vilij de lugana. dominus gratiadeus archipresbiter de peschera et ynverardus de valle conversus dicti monasterij. Anno Domini Millesimo CC. LIIIJ. Indict. XIJ.

Ego Gabriel de pozelengo Sacri pallati notarius interfui et auctoritate et verbo predicti domini lafranci potestatis predictum consilium publicavi et me quoque subscripsi.

Super quam provisionem predictus dominus bonifacius potest. brixie consilium requisivit. In cuius reformatio-
nione consilij partitis factis

per potestatem placuit maiori parti consilij quod provisio suprascripta facta super redificatione et aptacione castri et terre pozelengi firmetur in totum et quod auctoritate presentis consilij, plenam habeat firmatatem. et quod opus quod ibi fieri debet non fiat ad expensas communis et hominum de pozelengo. Interfuere dominus tomas judex dicte potestatis. Inzelerius zanasij. Benadux marizoni ottolinus canis. albertus de comezano notar. potest. et bagancius preconio communis brixie.

Anno Domini Millesimo CC. LIIIJ. Indict. XII.

Ego Girardus Fregoldi notar. sacri pallati et etiam predice potestatis et communis brixie hoc consilium verbo predite potestatis publicavi et me quoque subscrispi.

In Xpi nomine Ego brixianus xandus notarius predictorum dominorum Egidij et Zalterij Autenticum huius exempli vidi legi et sicut in illo conventu et scriptum inveni. Ita hic scripsi et exemplavi nil additum vel diminutum quod sensum vel sentenciam mutet propter forte literam vel sillabam et eorum verbo me quoque Subscrispi.

Die Dominico VIIIJ exeunte august. factum est consilium Generale per potestatem. In pallatio maiori communis brixie more solito congregatum voce preconia exclamatum et campana sonatum. In proposicione cuius consilij lecta fuit peticio quorundam concivium brix. et filiorum domini alberti mantelli quod petunt sibi allignari sedimina in castro novo pozelengi In quibus possint se reducere cum familijs et frugibus eorum et eciam quod sedimina cirche eis ablata. debeant exstimator et solvi illis quorum sunt ante quam eleventur. In reformatioione cuius consilij factis partitis per dominum bonefacium quondam domini castellani potest. brixie. placuit multo majori parti consilij quod in castro novo pozelengi non permittatur habere vel habitare aliquis civis brixie ut voluntur nec conpellantur homines de pozelengo locum sive sedimen aliquem vel aliquod allignare eis. Anno Domini Millesimo CC. Lquarto.

testibus dom. tomas judex potest. pattul antonius milites potest. et simon judex potest. suprascripte.

Retracta est hoc reformacio secundum consilium de libro consiliorum generalium factorum per dominum bonifacium quondam domini castellani potest. communis brixie sub Millesimo antescipto per me brixianum xandum notarium dictorum dominorum egidij et zalterij et eorum verbo et auctoritate.

XXV.

1255 — 6 MARTII

Immunità del Monastero di S. Vigilio di Lugana.

Inedito 1).

In xpi nomine. Die sabbati. VI. intrante martio. factum fuit consilium generale in pallazzo maiori communis brixie. sonitum campane et voce preconia more solito congregatum precepto domini yzolini marcellini potest. communis brixie. In quo consilio lecta fuit quedam petatio abbatis sancti Villii de lugana, tenor cuius talis est. Cum multa maleficia et robarie fiant omni tempore juxta monasterium sancti Villii de lugana et juxta ipsum monasterium transeant cotidie robatores et malefactores cum predis cum non possint transire per alia loca de facili. petit abbas sancti Villii de lugana ut amore dicti et bono statu illius monasterii et communis brixie et pro securitate illius conrate et omnium transeuntium per illas partes, Concedatur viginti hominibus et eorum heredibus volentibus venire ad habitandum juxta dictum monasterium immunitas et libertas de omnibus oneribus de cetero venientibus a civitates brixie. et sint de cetero securi cives brixie. Quia si hoc fiet de facili poterit fieri ibi talis defensio quod nullus malefactor poterit transire per partes illas quam defensionem vult facere idem abbas suis expensis. et petit idem abbas quod potestas faciat videri locum illum et illam contratam per

1) Liber poteris. Cod. Queriniano N. 2, fol. 372 v.

BATTONI - *Storia della Riviera di Salò*, V. 111

sapientes homines qui in talibus se cognoscant. Et hoc idem petit dominus episcopus brixiensis pro bono statu civitatis brixie. Super petitione potestas consilium requisivit. In Reformatione cuius consilii partitis factis per potestatem placuit toti consilio nemine contradicente quod predicta petitio domini abbatis sancti villii de lugana auctoritate presentis consilii firma esse debeat et compleri. Salvo quod sapientes non mittantur per potestatem causa videndi ipsum locum et quod illi viginti homines et eorum heredes qui iverint habitare juxta dictum monasterium de cetero habeant et habere debeant immunitatem et libertatem sicut in prescripta petitione notatum est et scriptum.

Actum est hoc presentibus dominis Galvagno stevenardo Judez et assore dicti dcmini yzolini, potestatis brixie. Johanne marcelino et Guidotto de monzia militibus ipsius potestatis. Bertollo de Rickis. Johanne augacii et yzelino jannuar. notariis testibus Rogatis.

Anno. Domini. Millesimo. CC. Quinquagesimo quinto Indictione tercia decima.

Ego Zufredus de sadeis notar. sacri pallazi et tunc scriba predicti potestati his affui et mandato ac autoritate ipsius potest. hanc cartam scripsi.

In xpi nomine. Ego brixianus xandus notarius Egidii baiamundi et zalterii cucche judicum super libro registri electorum et eorum verbo et auctoritate authenticum huius exempli vidi et legi ac exemplavi in isto quarterio nil additum vel diminutum quod sensum vel formam mutet propter forte litteram vel sillabam et me quoque subscripsi.

XXVI.

1268 — 12 MAGGIO

*Maffeo di Gargnano detto Arzillo Podestà e Capitano di Tremosine**Inedito 1).*

In xpi nomine sabbato 12 intrante madio Anno domini Millesimo CC. LXVIII. Indictione undecima. Ibi incontinenti Cabriellus domini Bernardi Segabenus Cavaza de Moso, Ognatus illius loci, Bonzaninus qm Rainoldis et Nazzimbenis qm Delfini omnes de Vogradesco de terra de Tremosino qui iuraverunt coram Mapheo cui Arzillus dicitur de Cargnano tunc Capitaneo et Potestate Comunis de Tremosino designare heredibus qm Domini Wielmi et qm Domini Jostachi fratum qm Dom. Ottonis de Butezzollis toto potere, et possessione qui fuit qm Uberti de Fontarono, qui Mafeus, cui Arzillus dicitur, habet ex precepto ex parte Domini Rufini de Zanicallis Potestatis Brixie ecc. sicut continetur in eius litteris ibi v. In primis dixerunt et designaverunt in concordio in domo coperta cum in casello vacuo et cum in petia terre et cum vineis et aliis arboribus super se habet que jacet in villa Fontarono.

(Segue designamento d' altri beni del medesimo tenore).

Ego Maierius de Tremosino Notarius sacri Palatii interfui et scripsi.

1) Miscellanea Storica Bresciana, MSS. raccolta dal Biemmi, ora presso il Nob. Clemente di-Rosa: in fine della trascrizione si legge = Carta autentica che conserva presso il Rev. Sig. Don Carlo Doneda.

XXVII.

1279 — 19 MARZO

*Designamento dei Contribuenti al Vescovato di Brescia
nel Pievatico di Maderno.*

Inedito 1).

1279. Ind. VII. In Xpi nomine. Designatio terrarum possessionum factorum et decimarum episcopatus Brixien. terra et territorio de materno facta per henricum archipresbiterum plebis materni ariprandini quondam bontempi roze, petrum bonati, Bonatum quondam jacobi bonati. Jacobinum oraboni. angetum degratoris. Benamatum grappe. materninum boneti. et Johannem quondam ottonis de viglis. omnes de materno. Astrictos sacramento per dominum B. (*Berardum*) dei gratia episcopum Brixien. designare decimas possessiones terras et facta et decimas bona fide. die dominico XVIIIJ. marci super lobia plebis materni. In materno. presentibus domino Oldefredo de Leno canonico et presbitolo de Discenzano maxionario canonice brix. Baldrigino de gogis clero plebis tuscolani. Bontathoso de monte rotundo. Pasino clero. Johanne de scarpizolo notar. et presentibus alijs test. Rogatis. M. CC. LXXVIIIJ. Indictione VIJ. De qua designatione Jacobus ferarini notar. Rogat. est publica facere instrumenta.

In primis designaverunt unum sedimen in quo consueverat esse una turris et unum palacium prope lacum in dicta terra materni. cui sedumini coherent a monte plebes materni. a sero via. a mane brolum episcopatus et a meridie benevenutus belenzani.

Item unam petie terre que dicitur brolum episcopatus tenens se cum dicto sedumine e circumdata muro. cui coheret a sero dictum sedimen. A mane Brixianus cose in parte et benamatus albertonum

1) Presso l'Archivio della Cancelleria Vescovile di Brescia. Codice pergameno di fol. 45 cartonato segnato N. 4.

in parte. a meridie. plebes de materno in parte. et maynardus de materno in parte, ac bertolomeus rozoli. in parte Brixianus cose. in parte heredes zamboni caligarij in parte et plures alij.

Item una petie terre lamine. Jacente super cornu scandevere, et pot. esse medium plodio vel circa quo locata est per sevallo roncini pro duabus bazet. olei et dimid. de voluntate dom. episcopi. Cui coheret a mane bonavetus Borzij a sero fossatum comunis. A merid. gandulfinus federici. et a monte acigotus segatoris in parte et dictus gandulfinus in parte.

Item dixerunt et designaverunt totum decimam terre et territorij de materno excepta quarta que est plebis materni, esse episcopatus et quod tota ipsa decima colligitur pernuncios episcopatus de qua episcopatus habet tres partes et plebes quartam partem. Et si quis haberet decimam in dicta terra et territorio tenet illam ab episcopatu.

Item dixerunt et designaverunt totam decimam vallis furii esse episcopatus et quocumque habet debet tenere pro episcopatu.

Qui seguono le diverse designazioni di varie pezze di terra coi loro confini, delle quali mi limito ad accennare i nomi delle persone e delle località più importanti.

IN CONTRATA VILLA = Aricus Archipresbiter plebis materni ecc.

ITEM IN CONTRATA LACUS = Benadux de crimona = Avancinus quond. baymonti ecc.

ITEM IN CONTRATA BROLI INFERIORIS = Alzathimus Prodominus quond. filiberij. Heredes oraboni. ecc.

ITEM IN CONTRATA BROLI SUPERIORIS = Herede bagate. Antoniolus quondam Arici donolobolis. Paganinus. ecc.

ITEM IN CONTRATA DE PUTEO = Peterbonus rigacij. tasini notar. terre olivate apud vasum torniole.

IN CONTRATA VICI = Bertoldus et Antonius fr. torbera.

IN CONTRATA SUPRA = dom. Johan. boiri. Galvagnus xolini.

IN CONTRATA ZOLINI = Johan. ugonis. platea de zolino.

INCONTRATA PROPE GUASSUM BORZIJ = Una petie terre in pratharolis.

IN CAMPRA MATERNI ET IN PLANO ET ALIIS LOCIS QUI NON SUNT IN VILIS = Comune de Materno una galeda olei per duabus muris molendinorum diruptis que sunt in una pecia terre ibi prope a sero clusa exterior, a mane flumen a merid. una mura molendini que tenetur per heredes Alberti licerij a monasterio sancte eufemie. a monte Benadux de crimona, quas muras consueverat tenere.

Destructum est } : minus molendini prope lacum cum prope flumen } terra secum tenente in quibus sunt tres olive coheret a mane flumen a merid. lacus a sero via, a monte plebes materni, et habet clusam de fora et clusam zurella de qua clusa de fora ad aquatur brolum episcopatus et tollitur prope molendinum heredis raynerij albertonum superius ab ipso molendino, quod molendinum distractum est taliter quod non mancinavit jam multi anni sunt. (*più sotto*) Bonaventura calapi, R. unam galet. olei pro una pecie terre olivate quam consueverat tenere Jordinus presbyter, in contrata ubi dicitur adno A mane, monte et a sero Monasterium de manervio ecc.

IN CONTRATA BORNICI ET ULTRA BORNICUM ET IN PROCHO = a monte tascella de faxano a sero ganaza de faxano = (*più sotto*) Donna romana uxor domini johannis de lonado = petie terre olivate in clausuris bornici sub murachis de bornico = a sero religio de tuscolano = terre ibi prope et prope pontem bornici.

ITEM IN MONTE MATERNI = herede quond. bonomi Ugonis de garnano. via et ecclesia sti martini = Temporalus quondam Ottoboni petri petia terre ad pornicum s. ecclesiam Sancti faustini = Valle de vigilis et Villas de Viglis = Comune de gardono R. annuatim episcopatus XV modios olei in festo sancte marie februarij et XVI. pesos casci mazathici in festo beati Johannis pro dicto Vallis surri: quod dictum reddit et conducitur ad canipam episcopatus in materno. = dom. Ugolinus fil. quond. zani de salodo = dom. palathini de Salodo = Sgoza et fratr. fil.

dom. Lumbarde de terra Salodi = Brixianus quondam avancini mesij de materno tenet una petia terra d. jacent. sub' platea Sancti Faustini.

M. CC. LXX. VIIIJ

In isto quaterno sunt designate fortis quo tenentur ab episcopatu in territorio materni et fictum quod ex eis redditur episcopatu et infra quas confines sunt. In presentia dom. B. dei gratia episcopi Brixensis.

SORTES DE BUTEZINUS. sunt due ex quibus redduntur annuatim nomine facti in festo epiphanie = a sero dominor. Ugonum de Brixia in parte et ecclesia St. Lucie in parte.... astrictos per dom. B. dei gratia Brix. epis. die mercur. XV intr. marcio Petrobono Tosini notar. Jacobo oraboni omnib. de materno. dom. Oldofredo de Leno canonico et prebertulo de descenzano mansion. canonic. brix. et prearico Archipresbyt. plebis materni R. tt.

SORS DE CERVENO.... designata per Salvasiam de cerveno die mercur. XV intr. marcio in villa Cerveni in loco ubi consueverat esse platea ipsius ville = Arico Archipresb. de materno.

SORS DE LEUTRINO. a designatio facta die jovis XVI intr. marcio in platea ville marolini present. ut supra.

SORTES DE MAROLINO.... die jovis XVI intr. marcio in platea villa marolini presentib. ut supr. et Bayamundus Bavelle de insola.

SORTES CERNANI ut supra.

SORTES DE VISINO.... die veneris. XVII. intr. marcio.... ut supra.

SORS SIVE TERRA DE PRATO IN SANICO eod. die — in platea de Sanico pres. ut supra.

Segue altra investitura, la quale manca, a mio giudizio, di alcuni fogli in principio: ivi sono notate le seguenti località = In contrata Pini — in contr. Peresse — contr. Poste — contr. de Ochi — contrata Salbarolli — contr. Valmagre — contr. albirage — contr. negeri. Die martis predicto in dicto territorio de turri prope turrini de corni presentibus scilicet petrobono not. de materno pangratio Archipresb. plebis de materno, bontempo clerico dicte plebis et aliis test.

Die mercurii. XI martii. In dicta terra de turri prope ecclesiam Sancti Petri. presentib. ut supra. = In contrata de Arcillato.

In Xpi nomine Amen. Designatio terrarum possessionum et factorum episcopatus Brixie. In terris et territoriis et pertinentiis de Tuscolano et Gagnano facta per Bonomum quondam. Avusti facinum Ambroxini ser Begnamum de la grassa. Pellum quondam Brixiani de secina Blevani de vercenigo. Rigatum Borane et pasquettum Coreze omnes de Toscolano. in millesimo ducentesimo Nonagesimo VIII. Indictione undecima. Astricti sacramento per Venturinum Boldi de Roado Sindicum et Gastaldum venerabilis princ. Dom. B. dei gratia Bixiens. Marchionis Ducis et Comitis et de mandato ipsius domini Episcopi.

In Gagnano et Varino = In Bojaco = In via veteri = De Bonis Bartholamei zanetti = In castro Pellacanorum = In Roclina = In Mornaga = In Secina et Crivano = In piano toscholani = In Messaga = In folino = In Gervano = In Gayno = In pulzono = In piano Toscholani = in materno =.

Questa investitura non è finita, manca di qualche foglio: sull'ultimo leggesi: Ecclesia Sancti Nicolay Red. et sol. IIIJ. Galet. oley ex facto.

XXVIII.

1316 — 14 OTTOBRE

DUE INVESTITURE DI TERRE IN SALÒ

fatte dal Sindaco della Chiesa di St. Andrea di Brescia; l'una in Giovanni qm Pethochi de Formigago di Salò, e l'altra in donna Blanzefflora moglie del fu Bortolo qm Fontana di Salò.

Inedito 1).

In Christi noe amen . . . millesimo trecentesimo sexto decimo Ind. XIII die vigesimo tertio octobr. In terra de Salodo ante domo rinaldes de Salodo ministralis communis brix. presentibus Jacobus q.

¹⁾ Pergamena presso l' Archivio prepositurale di S. Agata intitolata: *Due Investit. in Salodio de Quarterijs Olei.*

michelis de vaxanis, turino de calzonibus boxio de Salodo ministrale
comunis brix. et venturino qui dicitur belenzanus ministralis comunis
brix. testibus R. qui testes dixerunt se se cognoscere conthraentes.

Ibi dom. P. Johannes de palaxolo presbiter ecclesie Sancti Andree
de brix. sindicus et sindicario nomine confratum conventus capituli
ecclesie Sancti Andree pro se ac nomine et vice fratrum P. Johannes
de sancto zenone, P. Johannes de calzinado. presbiterorum dicte ecclesie
et confratrum eiusdem ecclesie ut continetur in carta sindicatus scripta
per me Johannem de guatellis de calzinado notarius Die vigesimo
octobr. Millesimo suprascripto et Judic. suprascript. ad omnia et singula
infrascripta facienda constitutus. per cartam quam in suis manibus te-
nebat. Investivit ad rectum livellum brix. Johannum quondam petho-
chi formigago de salodo de una petia terra aratoria et olivata jacente
in territorio de Salodo in contrata de bretio ubi dicitur ad cleram
cui coheret a sero et a meridie heres contrini ser imblavati de Salodo.
A mane heres martini spiritelli a monte donna blazenflora salvis aliis
coherent. Tali modo et ordine fecerunt dicti dominus p. Johannes sin-
dicus pro se ac nomine et vice predictorum confratrum predicte ecclesie
et capituli eiusdem ecclesie hanc investituram, in dictum Johannem qm
pethochi de formigago de Salodo quod ipse iohanne et sui heres et cui
dederit vel habere statuerit personaliter habeat teneat gaudeat et possi-
deat dicte petie terre et de ea qicquid voluerit, faciat jure livelli sine ali-
cujus condicione. Una cum omnibus rationibus et acionibus vijs usan-
cijs aquis et aquaductis terminis et cofinibus ad dictam petiam terram
pertinentibus. Silicet vendere et donare et pro anima judicare quod
non liceat dare servo ecclesie vel potenti homini quibus nullomodo,
dare debeat, dando, reddendo ac persolvendo per dictum Johannem quon-
dam pethochi sui per suos heres omni anno annuatim, in festo ephifanie
domini vel in octavam proximam nominatim pro ecclesia dicti sancti
andree, sive confratribus eiusdem, sive suis certis nunciis vel sindi-
cis tres quartironos oley nomine facti, boni et pulcri, ad domum
predictorum confratrum sive in domibus ecclesie predicte in civit.
brix, sub pena duplicitis facti et omnis dampni et dependij inde dictis

confratribus pro se et nomine et vice dicte ecclesie incurrent. pro dicto oleo exigendo ad terminum non soluto. Quo factio sic dato et consignato predictis contratribus ac nomine et vice predicte ecclesie et suis sindicis alia super imposita fieri non debeat propter quod si aliquo tempore dictus conductor vel heres eius ius suum sive melioramentum, vendere voluerit. Prius teneatur et debeat predictos dominos apelare et confratres sive suos sindicos et eis volentibus emere pro XII imper. minus dare quam alteri persone aliquoquin vendat cui voluerint. Exceptis supra pro ibitis personis quibus nullo modo dare debeat. Inde habentes dictos confratres sive suos sindicos nomine predicte ecclesie XII imper. pro investitura nova. Pro quibus novum emptorem investire debeant et breve ejusdem tenoris ad laudem sapientis viri in eodem firmare, pena vero posuerunt ad invicem quod si quis eorum vel suorum heredum omnia et singula suprascripta et infrascripta non attendenda nec conservanda componat tunc pars parti fidem servantis predictum fictum in duplum nomine. Qua pena soluta et non soluta. hec totum permaneat firmum et ratum. Propterea predictus dominus p. Johannes de pallazolo sindicus pro se et nomine predictorum confratrum et capituli eiusdem ecclesie, predictam investituram in perpetuum defendere et guarentare ab omni contradicente persona suis propriis expensis sub pena omnis dampni et dispendi inde dicto Johanne qm pethochi incurrent sub obligatione sui et omnium suorum bonorum et bonorum predictorum confratrum et capituli ecclesie predicte presentium et futurorum pignoris. Et predictus dominus P. Johannes Sindicus pro se nomine et vice predictorum confratrum et capituli eccles. predicte et omnibus statutis communis Brix. factis vel facturis et decretis et decretalibus et literis papalibus impetratis a curia dom. pape et omni alteri suo iure legum. Et insuper predictus johannes qm pethochi conductor pro se et per suos fratres stipulavit et promisit. predicto dom. p. Johan. sindicus pro se ac nomine et vice predictorum confratrum conventus et capituli ecclesie predicte atendere et observare omnia et singula infrascripta suprascripta et sub debitum suum et omnium suorum bonorum presentium et futurorum

prout et cet. omnibus statutis provisionibus interdictis modis et formis
comunis brix. et populi factis vel facturis vel omni alteri suo jure quo
possit se de predictis tueri in quolibet capitulo. per Johannem confessum
et manifestus fuit se ex nunc esse in tenuta et possessione predicte
petie terre livelario nomine predicte ecclesie. Et de qua petia terra,
cum tribus aliis petiis terre in simul alias investiti fuerunt per quoniam
Presbiteros antecessores ecclesie sancti Andree in duabus investituris
reddendi et persolvendi IJ. bazetas oley facti. Videlicet una bazeta
in festo sancti faustini in una carta investiture et alia bazeta in festo
sancte ephisanie vel ad XV in allia carta investiture ut continetur in
dictis duabus cartis investituris. videlicet una carta investiture scripta
per gratiadeum dictus scarellum dom. auctoritate imperiali notarius
die sabati. XIII exeunte septembbris millesimo CC XLI indict. XIIIJ
et alia carta Investiture scripta per rizardum qm Santini cui dicitur
presbiter. notarius in salodo de birvacijs patris sui die sabati tertio
intrante setembr. M. CC. L indict. octava.

Ego Johannes de Guatellis de calzinado not. hijs affui et R. hanc
cartam scripsi.

*Segue sull' istessa pergamena la Investitura in donna Blanzeflora estesa
nell' istessa forma, e colle medesime condizioni autenticata dal medesimo
notajo: in die vigesimotercio octobris.... De duabus. petiis terre ja-
centis in territorio de Salodo: prima jacet prope via de brexio terra
de Salodo, et est aratoria cui coheret a sero vias. a monte Johannes
pethochi de formigago de salodo a mane francinus et avancinus fra-
tres et filij quondam martini spiritelli de cacavario de vulzano, se-
cunda petia terre est olivata et jacet ibi prope in dicta contrata coher.
a merid. heres contrini ser imblavati de salodo a sero Johannes de
pethochi predict. a monte similiter a mane via, salvis aliis coherent.*

XXIX.

ANNO 1318 — 16 FEBBRAIO.

*Investitura emfiteutica dell' Abate Inverardo Confaloniero in Gio. Baia
di una pezza di terra in Toscolano.*

In Chripsti nomine. Anno Domini millesimo CCC. XVIIJ. prima Indictione die XVI. mensis februarii supra domibus plebis S. Andree de tuscolano. Presentibus magnifico Bertolino de Urago fisico, Bertolasio de tuscolano, et lafranchino de lecatis. testibus. Presenti Item venerabilis pater dominus Inverardus dei gracia Abas Monasterii sancte Euphemie, diecesis brixiensis. suo nomine et nomine et vice dicti monasterii capituli et quam etiam ejusdem per cartam quam sua manu propria tenebat investivit nomine quo supra Johaninum baye barberij de cabrana et de Tuscholano de una petia terre juris dicti monasterii olivata et vithata sita in territorio de tuscolano in contrata de stignaga. Coherent a mane ecclesia sancti Nicolai de Secina. a meridie via. a sero Bertholini arigeri et a monte saltim aliis coherentibus. Que petia esse XIII tab. salva ratione plus vel minus. Eo nomine, modo et ordine dictus dominus Abas nomine predicto fecit hanc investitram in dictum Johaninum, ut ipse vel ejus heredes et cui dederit vel habere stat. dc cetero, et dom. Rolandi de Scotis Vicarij Regij in Brix. et districtus in perpetuum habeant, teneant, gaudeant et possideant dictam petiam terre. Cum omnibus juribus rationibus actionibus suis et usantiis ut in rebus consimilibus.... *Omissis.*

Ego petrinus de Bruzellis de Goyono notar. habentes auctor. a dom. Guidone de lucca Judice et assore.

Ego — Bononus de Goyono notarius.... *Omissis.*

XXX.

1321 — 12 DECEMBRE.

*Investitura di possidimenti della Chiesa di S. Andrea di Brescia, nel territorio
di Salò, e stima del reddito dell' olio giudicato a sestari.*

Inedito 1).

In Chripsti nomine die sabati duodecimo decembris in multis petiis terre jacent. super territorio de Salodo. Presentibus. manzina qm martini et patta de calzonibus de salodo testibus Rogatis. Ibi Luquinus qm Bertoldi de salodo ministralis comunis de salodo ex precepto busaroli de vaxanis de salodo consuli communis de salodo qui busarolus consul habebat in mandatis in infrascripta fieri facere ex parte et precepto dom. Gratiani de Anzeleriis Judici et assessoris dom. Simonis de la turre vicario in Brixia ut aparebat in literis transmissis ex parte dicti Judici. porectis dicto busarolo consuli de salodo. datis die XVIIJ. novembr. et subscriptis per parisimum copini notar. dicti judici et dicti dom. vicario ibi visa et lecta. de terra et frondibus olivarum existentium in multis petii terre prima quarum, jacet in territorio de salodo in contrata de bricio ubi dicitur ad cleram cui coheret a sero rivas. a merid. heres contrini ser Imblavati de salodo. a mane heres martini spirtelli a monte donna blanceflos. secunda jacet supra dicto territorio prope villam de brizio et est arator. et olivata. a sero rivas. a monte Johannes pethochi de Rimegnaga de Salodo. a mane Francinus et avancinus fratr. et filij qm martini spirtelli de cacaverio de vulzano. tertia petia terre est olivata et jacet ibi prope in dicta contrata coheret a merid. heres contrini ser imblavati de Salodo. A sero Johann. pethochi predictus et a monte similiter. a mane via, salvis coherent. dedit in manibus dom. p. Johannis de pallazo presbit. et confrat. ecclesie sancti andree de brixia et eius dom. pre Johann.

1) Pergamena presso l' Archivio prepositurale di Sant' Agata in Brescia, intitolata:
Carta Riparia Lacus Garde pro Ecclesia S. Andree.

presbiteri et nomine et vice recipienti dicte ecclesie sancti Andree de Brixia et per eum dicte ecclesie sancti Andree et confratribus illius ecclesie dedit tenutam et corporalem possessionem de predictis omnibus et singulis suprascriptis petiis terre et qualibet earum ex vigore dictarum literarum q. bursarolus consul nomine communis de salodo voluit hoberdire, mandatis dicti Judicis et communis brixie et cet.

Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo primo indict. quarta.

Ego bonincontrus qm ser lafranci de salodo not. his affui et R. scripsi.

(*Segue l'estimo del reddito dell'olio, giudicato a sestarij, fatto da Manzina qm Martini e patta de calzonibus de Salodo, eletti arbitri dal console di Salò 'Buserolo de Vaxanis, ad extimandum fruges et redditus.... sextarii olei etc.*).

XXXI.

1322 — 19 APRILE.

Conferma di Roberto di Sicilia del diploma di Ottone I del 969 a Materno, contenente quella di Federico I del 1160 e quella di Federico II del 1232.

Inedito 1^o.

In xpi nomine. Die decimo nono Aprilis Millesimo Trecentesimo vigessimo secundo. Indictione quinta. in palazio communis brixie. Presente domino Fieto de Salodo Judice, et domino ottonello de trevilio, atque lanzelloto de ochis notar. tt. Rogatis. Nobilis vir dominus Simon de lature. Vicarius Serenissimi domini domini Roberti dei gratia ierusalem et sicilie regis et cet. in civitate brixie et districtu. Precepit pro domino q.m filiberij de materno. Sindico et sindicatus nomine communis et hominum de materno. Ut de ipso sindicatu patet publico Instrumento scripto per franceschimum serici (*sic*) (*Seriam?*)

1) Pergamena apografa esistente nell'Archivio Municipale di Maderno.

de materno notar. die decimo octavo Aprilis. Millo. Trecentessimo vigessimo secundo. Indictione quinta. quod hodie per totam diem debeat solvisse taliam salis, mensium marcij proxime preteriti et Aprilis presentis. et talia focoliarorum, et omne id totum, quod dictum commune et homines de marterno nomine dicti communis tenentur camere regie, vel communis Brix. vel utriusque quacumque de causa, pena et bamno ad voluntatem dicti domini Vicarij. Qui pro dominus sindicus et sindicatus nomine, dicti communis et hominum de materno, statim post ipsum preceptum cum ipso precepto, in presentia dicti domini Vicarij, et coram ipso dixit et protestatus fuit dictum preceptum nullo fare et si quod est vel esse apareret, quod non credit, petit dicto modo, e nomine per ipsum dominum Vicarium revocari debere. Cum dictum comune et homines de materno Immunitatem habeant et forma et vigore cunctorum privilegiorum imperatorum et regum. de quibus infra fit mentio, et excerpti sunt a predictis et de predictis honeribus hinc retro impositis et de cetero imponendis, et ab omnibus et de omnibus alliis et singulis honeribus et factionibus dicto comuni. et hominibus de materno impositis et de cetero imponendis, quacumque nomine vocentur, censeantur, et sint. Et ipsa privilegia coram ipso domino vicario presentavit et legi fecit. Unum quorum privilegiorum incipit. In nomine sancte et individue trinitatis Otto dei gratia Romanorum rex et imperator Augustus. Si de rebus transitoriis et cet. Et postea sub sequenter in eo inter cetera continetur. Deditus prefato comuni et universitati de materno, idem totum illud obsequium cum omnibus Usilibus et Angariis, quod antecessoribus nostris et nobis impendere solebant. Et insuper per hanc paginam precepti nostri vel petitionibus ipsorum fidelium de materno. regalis fideles nostros esse liberos, et solutos, ab omni nodositate servitutis cum uxoribus, et filiis in ipsa terra materni habitantibus. nunc et in futurum. Et etiam contulimus ipsis de materno nostri fidelibus in circuitu Lacus Benaci potestatem venandi, piscandi, aucupandi quod libuerit, agendi per totum Lacum Benacum, et sint liberi et soluti cum omnibus suis adiecencijs, Vineis, campis, olivetis, cultis et incultis, mobilibus et

immobilibus, toloneis, ripaticis et hostaticis. Et precipimus quod nullus mortalium fatiget illos absque nostri presencia, neque per placitum, neque per quodvis ingenium quod fieri possit et cet. Et finit. et ut hec Auctoritas notre lagistionis ab universis fidelibus per cuncta futura secula firmior habeatur, et verius credatur, ac diligentius conservetur manu propria subtus confirmavimus et sigillo nostro sigillari. Actum in civitate Verone in dei nomine feliciter amen. Datum secundo nonae octobris Anno septimo imperij serenissimi ottonis in Ytalia. Indictione XIJ. Aliud vero incipit. In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator. et semper Augustus. Ad imperiale spectat dignitatem et cet. Et postea subsequenter in eo describitur. Notum esse volumus qualiter nobis concedentibus super Lacum Benacum homines liberos habitantes in materno in territorio brixiano ad instanciam materni et laurey, fideles nostri ipsum comuni et universitate materni, mares et feminas cum uxoriibus et filiis, ac filiabus eorum, servis et ancillis suis omnibus proprietatibus et substanciis eorum, mobilibus et immobilibus, presentibus et futuris pro maiori securitate sub nostre imperialis potestatis mundiburdum ex integro in perpetuum recipimus. Salva tamen Imperiali iusticia. Precipimus itaque, ut nulla civitas nullus episcopus, dux, marchio, comes, stuldatius, seu aliqua magna parvaque persona eundem commune et Universitatem materni in eo loco habitantem nunc, et in futurum distingere pignorare, vel calumpniare presumat et nullus potestative in eorum mansiones ingredi temptet, nec faciat eis contradictio venandi, piscandi, aucupandi, per totum Lacum Benacum, Ripaticum, toloneum, hostaticum. Aut Aliquam publicam factionem ab eis exigat aliquo. et cet. Et finit. Quod ut verius credatur, et creditum observetur signo et sigillo nostro presentem cartulam conscribi et muniri Jussimus. Huius rei test. et cet. Dat. quinto idus Februar. Anno dominice incarnationis. Millesimo centesimo sexagesimo Indictione octava. Anno domini Frederici romanorum imperatoris, Regni octavo. Imperij vero eius quinto. Aliud vero incipit sic. In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus divina favente

clemencia Romanorum Imperator et semper Augusto ierusalem et sicilie rex. Decet quidem et cet.... Et postea in eo inter cetera continentur. Comittimus concedimus illos vicinos nostros de materno infra confines suos in montibus, et in planis a modo esse liberos tam mares quam feminas nunc et in futurum, cum universis eorum bonis, et possessiones eorum omni libertate, et honore, hac sine ullo impedimento, libere et quiete habeant et possideant. Ita quod nec bamnum detur; nec fodrum, neque collectam de eisdem bonis alicui persolvant. Salva per omnia imperiali Justicia, neque toloneum, Ripaticum, hostaticum sive pedagium, nec districtum aliquod cuilibet faciant, nec fiat eis contradicatio venandi, piscandi, aucupandi per totum Lacum Benacum. Hanc similiter libertatem, tradimus, et confirmamus quod ipsum comune et universitas de materno tam mares, quam feminas cum heredibus suis, et coheredibus, servis et ancillis, et omnibus proprietatibus suis usque in infinitum in posterum patientur, et gaudeant, nullo unquam successore irrumpte vel mutante. Et hoc facimus ex certa sciencia, et ex consilio procerum et cet. et finit. Acta sunt hec Anno Anatititate domini. Millesimo ducentessimo tregessimo secundo. Indictione quinta. Imperante domino nostro Frederico Romanorum imperator gloriosissimo ierusalem et sicilie rege. Anno romani regni eius vigessimo, in sicilia vigessimo quinto. Imperij vero undecimo. Dat. apud Acquilegiam ultimo marcij. Et etiam ex forma cuiusdam Alterius privilegij confirmantis omnia et singula suprascripta. Tenor cuius privilegij omittitur ad presens propter sui prolixitatem. Et etiam presentavit, et legi fecit dicto domino vicario, et coram ipso litteras eidem domino Vicario comuni et officialibus Brix. ex parte ipsius domini Regis transmissas. Tenor quarum talis est. Robertus dei gratia rex ierusalem et sicilie, ducatus apulie et principatus capue provincie forchasquerij ac pedemontis comes, vicarijs et ceteris officialibus communis brixie presentibus et futuris fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem. Pro parte communis et hominum de materno districtus Brixiensis nostrorum fidelium fuit nostre nuper expositum magestati quod licet gaudere debeant prerogativa omnis libertatis, et exemptionis

Auctoritate cunctorum sufficientium privilegiorum eis exinde conces-
sorum, tam comune brixie, ac ejusdem communis officiales, et nonnulla
terre, ville, sive loca singularia districtus brixiensis contra dictorum
privilegiorum tenorem indebite venientes predictum comune materni
multipliciter inde opprimunt, et molestant in immensam iniuriam, et
hominum dicti communis materni grave preiudicium et iacturam. Circa
quod provisionis nostre remedio supliciter implorato. Nos nolentes
ipsum comune materni de premissis contra Justiciam agravari, fidelitati
vestre sub obtentu gratie nostre precipimus. quatenus si est ita iam
dicto comuni materni dicta privilegia predictarum libertatis et exem-
ptionis prout iustum fuerit observetis, et faciatis efficaciter observari
ac medietatem justicia revocari si quod contra ipsa privilegia per pre-
dictos officiales, vel alios foret actum. Presentes autem literas post
oportunam earum inspectionem restitui volumus presentanti efficaciter
in antea valituras. Dat. Avinioni per magistrum maseum filmannum
de neapoli utriusque iuris professorem Locum tenentem prothonotarij
regni sicilie, dilectum familiarem, consiliarium et fidelem nostrum.
Anno dom. millesimo Trecentessimo Vigessimo primo die secundo
septembris, V. Indictionis. Regnorum nostrorum Anno decimo tertio.
Petentes etiam dominus prodominus dicto nostro et nomine coram
ipso domino Vicario, et ab ipso, et per ipsum pronunciari et senten-
tiari debere dicta privilegia omnia et singula, et quodlibet ipsorum
et contenta in eis, et quodlibet eorum vera esse, et integra sana, et
incorrupta et cum veris sigillis pendentibus, et omnis suspitione ca-
rere, et ea omnia et singula, et quodlibet ipsorum predictorum per
ipsum dominum vicarium, et eius successorem, et quoslibet officiales
regios, et communis Brixie, et per quaslibet alias personas et univer-
sitates civitatis brixie et districtus, et officiales communis cuiuscumque
status, ordinis, et dignitatis vel conditionis existant perpetuo obser-
vari debere, et non contrasancere vel venire debere nec posse contra
ipsa, vel aliquod ipsorum et ipsum comune et homines de Materno
debere eximi et canzellari de omnibus libris communis brixie, et officia-
lium dicti domini Regis et communis Brixie, vel utriusque ubicumque

scripti essent, vel reperirentur pro taliis salis et focoliariorum vel pro qualibet vel ad quamlibet ipsarum, seu quacumque alia de causa quam dici, vel excogitari possit quocumque modo. Et generaliter de omnibus libris ubicumque dictis comuni, et hominibus de materno, bonus hinc retro nunc, vel in futurum scriptum et impositum reperiretur, sine aliqua prestatione, seu solutione pecunie fienda texaurario, vel alicui alio officiali regio, vel communis brixie, vel utriusque, vel alteri persone, et ex nunc prout ex tunc pro cancellatis et exemptis haberi debere modo et forma predictis. Et etiam ipsum comune, et homines de materno non posse nec debere nunc, vel in futurum de predictis, vel pro predictis, vel aliquo predictorum, vel etiam pro aliquo alio onere hinc retro, vel nunc imposito, vel in posterum imponendo impediri, aggravari, seu aliqualiter molestari in persona, vel rebus. Et predicta et quodlibet predictorum dictus prodominus dicto modo, et nomine, dicit, protestatur et petit debere pronunciari, sententiari, et firmari per dictum dominum Vicarium rationibus predictis, et quampluribus alijs dicendis, et allegandis suo loco et tempore non obstante contradictione alicuius in contrarium se opponentis. Salvo et reservato dicto prodomino dicto modo, et nomine et per eum dicto comuni et hominibus de materno, omni suo iure et cet.

Ego Agnelinus de Lacarzia notarius dicti domini simonis Vicarij predictum preceptum et predictos processus eius verbo et mandato de privata forma in publicam reduxi, et me quoque Notarius subscripsi.

XXXII.

1331 — 10 APRILE.

Investitura feudale dei Conti di Castelbarco.

Inedito 1).

Hoc est exemplum cuiusdem Instrumenti facti et celebrati infra-
scriptas personas, et Rogati per Notarium in fine dicti Instrumenti
nominatum, et anotatum cuius Instrumenti tenor hic sequitur.

In Chripsti Nomine Amen millesimo trecentesimo trigesimo primo
Indictione quarta, die decimo mensis Aprilis in Palatio Civitatis Par-
me in Camera ubi jacebat et assistebat Serenissimus Princeps Dominus
Dominus Johannes divina Providentia Bohemie et Polonie Rex, Lu-
xemburghi Comes, et Civitatis Brixie Dominus in presentia Magnifico-
rum Militum DD. Ludovici de Sabaudia, Thomasii de Septem Fontanis,
Coradi Sehtac, Marescalchi prefate Regie Majestatis, Certonberti de
Palatio Notarii Regii ad hec testium vocatorum, et Rogatorum. Cum
prefatus Dominus Johannes Dei Gratia Bohemie Rex Luxemburghi
Comes, ac civitatis Brixie et districtus Dominus, ut de ipso Dominio,
Collatione, et translatione dominii dicte Civitatis, ejusque Territorii et
districtus dato, translato, et collato eidem Domino Regi ejusque filiis
et heredibus, et successoribus apud Civitatem Tridenti in Ecclesia
Sancti Apollinarii per Nobiles et Potentes Milites Dominos Coradinum
de Confalonieris, Jacobinum de Palazolo, Jacobum de Advocatis Le-
gum Doctorem, et Gerardum de Palatio omnes de dicta Civitate
Brixie solemnes Syndicos constitutos, et ordinatos ad dictam Colla-
tionem, et translationem Domini faciendam nomine vice dicte civi-
tatis Brixie ejusque Territorii et districtus in Generali et Majori Con-
cilio dicte civitatis coadunato, congregato, et convocato super Palatio
ipsius civitatis Brixie voce preconum, et sono campanarum more solito,
ut in ipso syndicatu continetur de quo constat publico Instrumento

1) Archivio della famiglia dei Conti di Castelbarco in Milano.

tradito, Rogato et scripto manu Johannini de Gamoriis de Brixia Notarii millesimo tercentesimo trigesimo Indictione decima tertia die Sabati tertio mensis novembris, et de translatione, datione et collatione dominii prefati facti, dati, et collati, et translati in dicta Ecclesia S. Apollinarii apud dictam civitatem Tridenti per suprascriptos Syndicos constat publico Instrumento scripto, et rogato manu Lafranchini Clarelli de Brixia Notarii infrascripto proximo millesimo et Indictione die Jovis octavo mensis novembris ac etiam de dicto Dominio prefate Civitatis Brixie ejusque Territorio, et districtus dato, translato et collato post dictam dationem, collationem, et translationem datam et factam in dicta Ecclesia de Dominio dicte Civitatis Brixie ejusque Territorii, et districtus eidem Domino Regi ejusque filiis, et heredibus in pleno et generali consilio tractatu, et generali et publico arengo Comunis Comunium dicte civitatis Brixie convocatis et congregatis de mandato nobilis militis domini Federici de Castrobarco Vicarii Brixie prefati Domini Regis Bohemie voce preconum, et sono campanarum, ut moris est in platea arenghi Comunis Brixie cum omni Jurisdictione Civitatis predicte, Territorii et districtus et mero et mixto imperio, et totali Dominio Civitatis prefate plene et libere in omnibus et per omnia prout erat, et esse descebatur, et poterat in civitate Brixie ejusque Territorio et districtu penes Universum Populum Civitatis prefate Brixie et districtuales ipsius per nobiles et potentes milites Dominos Coradinum de Confalonieriis, et Gerardum de Gambaris omnes de dicta civitate Brixie solemnes sindicos constitutos et ordinatos in dicto Consilio et Arengo, et in ipsum consilium et arengum ad dictam dationem, translationem, et collationem Dominii faciendum, ut de ipsorum constitutione, ordinatione, sindacatu, et etiam de dicta datione et translatione Dominii dati et collati eidem Domino Regi, ejusque filiis et heredibus per nostros Dominos Coradinum, et Gerardum Sindicos antedictos constat publicis Instrumentis scriptis, rogatis, et traditis per Florianum de Gambara civem Brixensem Notarium nostrum millesimo trecentesimo primo. Indictione decima quarta die vigesimo nono mensis Januarii ipsisque omnibus Instrumentis tam

Syndacatus est. Syndicorum, quam Dationis, translationis, et collationis Dominii factis, scriptis et Rogatis per nostros Notarios me Notario infra scripto visis et lectis. Teneretur et esse debitor. et obligatus Dom. Federico de Castro-Barco Militi, et filio q. Dom. Aldrigeti de Castro-Barco fidi Consiliario suo dilecto, et Vicario suo Brixensi solvere, dare, et integre restituere duodecim milla Florenorum boni, legitimi Auri, et ponderis, quos ab eodem Dom. Federico confessus, et contentus fuit se habuisse et integraliter recepisse ex causa veri, puri, et legitimi sibi ab eodem pro suis evidentibus utilitatibus concessi in pecunia numerata; et quam summam duodecim milla Florenorum, prefatus Dom. Rex per se et suis heredibus solemniter stipulantibus promisit dicto Dom. Federico dare et restituere sine aliqua denuntiatione sub obligatione bonorum suorum, ut de predicto mutuo constat publicis et autenticis Litteris Regiis factis ab Incarnatione Domini millesimo tercentesimo trigesimo primo Indictione decima quarta die Sabati vigesimo quarto mensis Januarii, sigillatis sigillo magno Cere pendente ipsius Regie Majestatis in quo ab una facie sculpte est Imago Regia Armata super Equo capto ad signa, seu Leonem habens Elmum in Capite et ensem in manu dextera, et Clypeum in sinistra circumscriptis hiis verbis Johannes Dei gratia Rex Bohemie ac Lucemburghi Comes, in alia parte seu facie dicti sigilli sculpta est Aquila, et super ipsam Aquilam est Clypeus cum Leonibus super ipsam sculptis ad Insignia dicte Regie Majestatis circumscriptis his verbis Sercketum Johannis Regis Bohemie et Comitis Lucemburgensis a me dicto Notario infra scripto visis et lectis, et ut hec omnia et prefatus Dominus Rex in presentia mei Notar. infrascripto et Testium dixit et asseruit sic esse et fuisse in omnibus et per omnia ut superius est expressum, et in ipsis Litteris continetur. Volens igitur prefatus Dominus Rex prefatum Dominum Federicum pro se nomine et vice Dominorum Azonis, Gu lielmi, et Marco bruni Fratrum suorum, et filiorum quondam Domini Aldrigeti de Castro-Barco de dictis duodecim millia Florenis assecurare eidem Domino Federico presenti per se et suis filiis et heredibus stipulanti et recipienti nomine et vice dictorum Fratrum suorum et

cujuscumque ipsorum, et mihi Notar. infrascripto tamquam persone publice stipulanti et recipienti nomine et vice Dominorum Azonis, Guillmi, et Marcobruni Fratrum suorum et suorum filiorum et heredum et cujusque ipsorum pro dicta summa duodecim milia Florenorum dedit et pignori obligavit specialiter et expresse infrascripta Castra, Terras, et Fortilitias Videlicet Castrum et Terram *Gavardi*, cum Villis, et pertinentiis suis, Castrum et Rocham et Terram *Boarni*, Castrum et Rocham et Terram *Manerve*, Castrum et Terram de *Schovolo*, sive *Sancti Felicis*, Terram et Villam de *Portexis*, Terram et Villas de *Salodo* et Terram de *Gardono*, Castrum et Terram de *Materno*, Terram et Villas de *Tusculano*, Terram et Villas de *Gargnano*, Terram et Villas de *Tremosine* et Terram de *Limono* cum Villis et pertinentiis dictorum Castrorum et Terrarum et Fortilitiorum et cujuslibet ipsorum seu ipsis Castris Terris et Villis et Fortilitiis et cujuslibet ipsorum seu ipsis Castris aliorum ipsarum quomodolibet spectantibus et pertinentibus et cum omni translatione bonorum Dominio et proventibus quibusque dictorum Castrorum, Terrarum, et Villarum et cujusvis ipsarum et ipsis Castris, Terris et Villis et Fortilitiis et cujuslibet ipsarum nostro Domino Regi omni modo forme et jure pertinentibus et spectantibus cum mero et misto Imperio, ita quod abinde in antea prefatus Dominus Federicus et Fratres, seu cujuslibet ipsorum et eorum filii, et heredes habeant in perpetuum liberum et totale Dominium et Jurisdictionem omnimodam dictarum Terrarum, Castrorum et Villarum et cujusque ipsorum Territorium et districtus et merum et mixtum Imperium in omnes homines et singulares personas et districtuales dictorum Castrorum, Terrarum et Villarum et Fortilitiorum et pertinentium ipsarum in universo Territorio et districtu et Fortia dictorum Castrorum Terrarum, et Villarum, seu ipsis Castris, Terris et Villis et cujuslibet ipsorum spectantibus et pertinentibus quoquomodo que omnia et singula ipsi Domino Federico et Fratribus suis et eorum et cujusque ipsorum filiis et heredibus per se, vel per suos Vicarios ab eis et quolibet ipsorum costituendis et substituendis per illum modum et formam quo, et quam constitutum et ordinatum est per ipsam

Regiam Majestatem et etiam aliter, et alio modo prout ipsis et cui-libet ipsorum visum fuerit expedire . . . liceat exercere, et quod uni-versi singuli redditus et proventus ubicumque, et quantecumque sint in presenti vel fuerint in futurum ad ipsum Dominum Regem ejusque filios et heredes in dictis Terris Castris et Villis et Territorio . . . et occasione.... et cujusque eorum situs ipsis Territorii Castris et Villis et cuiuslibet ipsarum quomodoque spectantes et pertinentes; spectantes sive quod ipsi Domino Regi ejusque filiis et heredibus spectarent et pertinerent seu spectare et pertinere possent quoquomodo forma vel Jure si ad ipsi Regie Majestatis suorumque filiorum et heredum obedientiam . . . effectu semper cum pactis, modis, formis et conventionibus infrascriptis, ita quod deinceps predicti Domini Federicus suique Fratres, et eorum filii et heredes perpetuo habeant, teneant et possideant dicta Castra Terras et Villas et Teritorium ipsarum et cujusque ipsarum cum omni Jurisdictione Dominio taglia et potestate mero et mixto Imperio ut supradictum est pleno Jure de omnibus ipsis Castris Terris Fortiliis Villis et quolibet ipsarum Territorio de cetero faciant et facere possint tanquam de re sua, ita quod deinceps predicti DD. Federicus et Fratres ejus, et eorum filiorum et heredes habeant et percipere possint et valeant in dictis Castris, Terris et Villis et Communibus eorum et cujusque ipsorum Castrorum Terrarum et Villarum et ab omnibus et singulis personis et districtualibus dictor. Castrorum Terrarum et Villarum quolibet ipsorum et generaliter a quolibet alio qui aliquo modo causa vel ingenio in aliquo tenerent nunc et in futurum omnem et totam et universam quantitatem pecunie qua eidem Domino Regi ejusque filiis et heredibus nunc debetur sive debebitur in futurum sive deberetur ex aliqua causa modo vel ingenio tam ex utilitate salis mestrui et fochi, et salis vivi de novo ordine quam ex alia quacumque imponi . . . modo vel forma quo vel qua vel quibus aliqua quantitas pertinere deberetur ipsi Domino Regi seu ejus Camere Regie ab ipsis Terris Castris et Villis ac aliquibus ipsarum si ad mandata et obedientia ipsius Domini Regis suorumque filiorum et heredum existerent et per illum modum et formam

solumodo quo vel quibus prefatus Dominus Rex seu ejus Camera Regia percipiet exiget et habebit et percipere exigere et habere debet et poterit ab aliis Terris Castris et Villis et Communibus et districtualibus districtus Brixie obedientibus et subjacentibus sibi et mandata ejus existentibus vel esse debentibus, et secundum quod imponet et exigetur ab aliis Castris, Terris et Villis atque Communibus districtus Brixie dicto Domino Regi obedientibus et subjacentibus et non aliter et non alio modo quo supradictum est, et generaliter omnia alia facere, statuere, et ordinare, tollere, mutare et corrigere et facere possit, quod valeat predicto Dom. Federicus et Fratres et eorum filii et heredes in dictis Terris, Castris, et Villis et Portalitiis, et Universo Territorio dictorum Castrorum Terrarum et Villarum et cujuscumque ipsius in omnibus et per omnia quemadmodum potest, et posset prefatus Dominus Rex ejusque Filii et heredes et quod per ipsos Dominos Federicum et Fratres eorumque Filios et heredes et quilibet ipsorum Fratrum dictum statutum ordinatum et constitutum decreatum scriptum sententiatum vel preceptum correctum tolatum vel mutatum fuerit perinde abstineat roboris firmitatem, et ab omnibus districtualibus dictorum Castrorum Terrarum et Villarum, et in toto districtu et Territorio predictorum Castrorum Terrarum et Villarum debeat denotari et inviolabiliter observari ac si propriam Regiam Majestatem ejusque Filios et heredes factum dictum decretum scriptum sententiatum vel preceptum correctum tolatum vel mutatum foret. Concedens et dans prefatus Dominus Rex per se suosque heredes et filios predictis Dominis Federico pro se suis filiis et heredibus et nomine et vice dictorum fratrum suorum eorumque filiorum et heredum stipulanti et recipienti et mihi Notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti et percipienti ut supra omnem auctoritatem potestatem et bayliam atque Jurisdictionem in dictis Castris Terris et Villis, Territorio et pertinentiis eorundem, que omnia in ipsos Dominos Federicum et Fratres et eorum filios et heredes per hoc presens Instrumentum et in hoc Instrumento cum modis pactis formis et conditionibus presentis et infrascriptis sint et esse intelligent libere et per idem translata et collata

sine ullo exceptione aliquibus statutis reformationibus Decretis et provisionibus sive ordinamentis factis vel faciendis seu privilegiis gratis factis vel concessis non obstantibus quoquomodo, quibus omnibus et singulis exprese et ex certa scientia renuntiavit et renuntiatum et derogatum esse irrevocabiliter voluit et mandavit, que omnia et singula Castra Terras et Villas et quelibet ipsorum cum pertinentiis et Territorii eorum Prefatus Dominus Rex per se suosque heredes nomine et vice predict. Federici et Fratrum et eorum filiorum et heredum se constituit possidere donec ipsorum Castrorum Terrarum et Villarum et cuiuslibet ipsarum possessionem acceperint corporalem quam accipiendi sua auctoritate deinceps eis et cuilibet ipsorum licentiam omnimodam dedit, ponens ipsos Dominum Federicum et Fratres et quilibet ipsorum pro se et suis filiis et heredibus in locum suum, ita quod de cetero ipsi Domin. Federicus et Fratres et eorum filii et heredes faciant et facere possint de dictis Castris Terris et Villis, et eorum Jurisdictione et Territorio prout sibi placuerit in omnibus et per omnia prout supra dictum est et infra in presenti Instrumento dicetur et continetur, et ut faceret et facere posset ipse Dominus Rex ejusque filii et heredes si ipsa Castra, Terre et Ville essent ad ipsius Domini Regis ejusque filiorum et heredum obedientia et mandata. Promittens prefatus Dominus Rex per se suosque filios et heredes predict. Domin. Federico per se suisque filiis et heredibus et nomine et vice Fratrum suorum et cujuscumque ipsorum filiorum et heredum stipulanti et mihi Notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti nomine quo supra de dictis Castris Terris et Villis nec aliqua ipsarum Iurisdictione Territorio et pertinentiis eorundem dict. Domin. Federico et Fratribus seu eorum filiis et heredibus sive alicui ipsorum litem vel questionem vel controversiam non movere nec inferre nec inferenti seu moventi contextare immo dicta Castra Terras et Villas et qualibet ipsarum cum pertinentiis Jurisdictione et Territorio eorum et cujusque eorum defendere auctorisare et distrigare sub pena duplicitis dicte quantitatis duodecim milia Florenorum qua soluta vel non predicta omnia et singula firma perdurent. Eo acto

per pactum apposito inter ipsum Dominum Regem ex una parte, et Dominum Federicum ex altera, quod predicti Domini Federicus et Fratres et eorum filii et heredes et quilibet ipsorum possint et valent et eis licitum sit de dictis Castris Terris et Villis seu Fortalitiis et qualibet ipsarum pro securitate reatatione et fortificatione dictorum Castrorum Terrarum et Villarum alicujusque ipsarum facere et fieri faceat expensas necessarias predicta occasione ascendentes usque summam duorum milia Florenorum boni auri et justi ponderis et non plus extimandas ut inferius proximo capitulo continetur, salvo et reservato, et etiam per pactum speciale appositum inter ipsum Dominum Regem, ex una parte, et dictum Dominum Federicum pro se et dictis suis Fratribus pro quibus promisit de rato habendo sub obligatione bonorum suorum, ex altera, quandocumque prefatus Dominus Rex ejus filii et heredes hinc ad tres annos proxime futuros restitueret daret et solveret dictis Dominis Federico et Fratribus vel eorum filiis et heredibus seu alium ipsorum dicta duodecim milia Florenorum cum expensis, damnis et interesse passis et substantatis predicta occasione et dicta duo milia Florenorum occasione dictarum expensarum factarum in dictis Castris, Terris et Villis et Fortalitiis ut supra proxime dictum est si dicte expense sic facte absorberent usque ad dictam summam et quantitatem duo milia Florenorum, vel usque ad illam summam et quantitatem que caperent et ascenderent, que quod expense in casu litigationis faciende de dictis Castris Terris et Villis per presatum Dominum Regem vel ejus filios et heredes si contingat fieri infra dictum terminum trium annorum extimentur et extimari debeant per duos bonos et legales Magistros lignaminis et lapidum qui se cognoscant de dictis expensis et quod extimatum fuerit per dictos Magistros dictas expensas sit factas ascendere et usque ad illam quantitatem qua ascenderint teneatur, et debeat solvere et restituere uno cum dictis duodecim millia florenis, damnis, expensis et interesse jam dictis. Dictus Dominus Rex seu ejus filii et heredes dummodo non ascendant nec existinent dictam summam duo milia Florenorum quod tunc et eo casu predicti Domini Federicus et

Fratres et eorum filii et heredes receptis dictis duodecim milia Florenis cum damnis expensis et interesse et dicti duo millia Florenis occasione dietar. expensarum factarum in dictis Castris Terris et Villis et Fortalitiis seu aliqua ipsorum pro securitate relatione et fortificatione ipsorum Castrorum Terrarum et Villarum et Fortalitiorum, ut dictum est si tantum ascenderet vel secundum quod ascenderent secundum modum et taxationem suprascriptam teneantur et debeant cum effectu dimittere restituere et relaxare dicta Castra Terras et Villas et Fortalitias ut nunc sunt et que fierent in ipsis Castris, Terris, et Villis et Fortalitiis et qualibet ipsorum ut dictum est, cum omni Iurisdictione et honoribus et preminentibus quibuscumque dictis Castris, Terris et Villis et Fortalitiis et cuilibet ipsarum quomodocumque et qualiterumque spectantibus et pertinentibus in omnibus et per omnia ut ab ipso Domino Rege habuerunt et habent. Salvo quod si contingat per Dictum Dominium Regem vel ejus filios et heredes infra dictum terminum trium annorum non luere dicta Castra, Terras et Villas et Fortalitias a dictis Dominis Federico et Fratribus, vel eorum filiis et heredibus, pro dictis duodecim millia Florenis et pro expensis factis et taxatis ut supra dictum est quod eo casu ex nunc prout ex nunc dicta Castra, Terre et Ville et Fortalitia et qualibet ipsarum cum omni Jurisdictione, honoribus, Juribus et pertinentibus quibuscumque dictis Castris Terris et Villis et Fortalitiis seu ipsi Dom. Regi suisque filiis et heredibus pertinentibus et spectantibus quoquomodo sint et esse intelligentur date et concesse et pro datis et concessis habeantur et intelligentur per dictum Dominum Regem ejusque filios et heredes dictis Dominis Federico per se et Fratribus suisque filiis et heredibus masculis et feminis ex eo legitime descendenteribus et nomine et Vice predictorum DD. Azonis, Gulielmi, et Marcobruni Fratrum suorum et eorum filiorum et heredum stipulanti et recipienti et mihi Notar. infrascripto tamquam pubblice persone stipulanti et recipienti nomine et Vice predict. DD. Federici fratrumque suorum et eorum et cuiuscumque ipsorum filiorum et heredum masculorum et feminarum ex eis et aliquo ipsorum legitime descendenterium

in Feudum honorificum et Jure recti et honorifici in perpetuum ex nunc prout, ex tunc et ex tunc prout ex nunc, prefatus Dominus Rex in caso predicto quod non lueret dicta Castra Terras et Villas ut dictum est per se suosque filios et heredes dict. Domin. Federico et Fratribus pro se et suis filiis et heredibus ut supra dictum est et mihi Notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine ut supra dedit et concessit Jure recti et honorifici Feudum in perpetuum dicta Castra Terras et Villas et Fortalitias cum omni Jurisdictione honoribus et Juribus quibuscumque ipsis Castris Terris et Villis et Fortalitiis ut supra dictum est spectantibus et pertinentibus quoquomodo ad habendum tenendum et possidendum et quodquod sibi eorumque filiis et heredibus masculis et feminis ut supra dictum est salvo debito fidelitatis prestande deinceps placuerit faciendum cum omni Jurisdictione, honoribus Dominio, Juribus et proventibus quibuscumque dictorum Castrorum Terrarum et Villarum atque fortalitiarum et cujuscumque ipsis et ipsis Castris Terris et Fortalitiis et Villis, et cuilibet ipsorum seu ipso Domino Regi ejusque filiis et heredibus quoquomodo pertinentibus et spectantibus cum mero et mixto imperio ut supra dictum est, ita quod elapso dicto termino trium annorum, predicti Domini Federicus et Fratres sui eorumque Filii et heredes Masculi et Femine ex eis seu aliquo eorum legitime descendentes habeant teneant et possideant dicta Castra Terras et Villas et Fortalitias et qualibet ipsorum Jure recti et honorifici Feudi et de ipsis, et qualibet ipsorum et cujusque eorum Territorio et districtu faciant et facere possint pleno jura tamquam de re sua in omnibus et per omnia prout eis eorumque filiis et heredibus masculis et feminis ut dictum est placuerit faciendum. Constituens se dicta Castra Terras Villas et quaslibet ipsorum nomine dict. DD. Federici et Fratrum et eorum filiorum et heredum possidere et tenere. Promittens ipsis Domin. Federico et Fratribus et cuilibet ipsorum et eorum filiis et heredibus masculis et feminis de legitima descensione ut supra sub suprascripta pena ut supra. Qui predictus Dominus Federicus pro se suisque filiis et heredibus masculis et feminis ex eo legitime

descendentibus et nomine et Vice dictorum Fratrum suorum suorumque filiorum et heredum masculorum et feminarum et eis vel aliquo eorum legitime descendentes ibidem incontinenti de dictis Castris Terris et Villis et Fortalitiis et qualibet ipsarum atque earum Territorio et pertinentiis et districtu prefato Domino Regi per se suisque filiis et heredibus stipulanti et recipienti promisit et juravit corporaliter ad sancta Dei Evangelia sacris scripturis, se et dictos Fratres suos et quoslibet ipsorum et eorum filios et heredes casu predicto adveniente quod dicta Castra, Terre et Ville non luerent ut supra dictum est, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc, sibi suisque filiis et heredibus fideles esse Vassalos ipsumque D. Regem ejusque filios et heredes res Jura et honores et ipsorum pro posse fideliter conservare et ab ipso Domino Rege suisque filiis et heredibus tenere et recognoscere tamquam veri et honorifici Vassalli dicti Domini Regis ejusq. filiorum et heredum et eidem D. Regi suisque filiis et heredibus servire et fidelitatem debitam et legitimam facere et jurare toutes quoties de Jure debuerint et alia omnia facere pro dictis Castris Terris et Villis et Fortalitiis et qualibet ipsorum sic in Feudum datorum que tenantur et debent facere veri et honorifici Vassali de jure et sive consuetudine Feudi honorifici, ita quod ad modo in casu predicto si prefactus Rex in dictum tempus trium annorum non lueret et restitueret nominatam quantitatem pecuniarum ut supra dictum est, quod ex nunc, prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc predicti DD. Federicus et Fratres et eorum filiorum et heredum masculi et feminine ut dictum est sint et intelligent veri et honorifici Vassalli de dictis Castris Terris Villis et Fortalitiis et qualibet ipsarum prefate Regie Majestatis ejusq. filiorum et heredum in omnibus et per omnia ut supra dictum est, et ex adverso predictus D. Rex pro se suisque filiis et heredibus promisit solemni stipulatione predicto D. Federico stipulanti et recipienti per se suisque filiis et heredibus masculis et feminis ut dictum est et nomine dictorum suorum Fratrum eorumque filiorum et heredum et mihi notar. infrascripto stipulante et percipiente ut supra, quod elapsi dicto termino trium annorum de dictis Castris Terris et

Villis et Fortalitis et quolibet ipsorum jure recti et honorifici Feudi ipsos Dominum Federicum et Fratres, et quemlibet ipsorum per se suisque filiis et heredibus masculis et feminis ut dictum est legitime investire. Que omnia et singula nominata prefatus D. Rex pro se suisque filiis et heredibus predictus D. Federicus pro se suisque filiis et heredibus et nomine et vice predictorum suorum Fratrum eorumque filiorum et heredum pro quibus promisit ut supra se sibi ad invicem solemnibus stipulantibus hinc inde intervenientibus promiserunt convererunt unus alteri et alter alteri firma rata habere et tenere perpetuo, et nunquam contrafacere vel venire per se vel per alium aliqua causa vel ingenio de Jure vel de facto sub pena nominata in singulis capitulis hujus contractus in solidum promissa qua soluta vel non predicta omnia et singula forma producent cum refectione damnorum expensarum litis et extra pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis obligavit unus alteri, et alter alteri vicissim se et suos heredes et omnia sua bona presentia et futura.

Supscriptus = Ego Petrus de Lama Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi.

In Christi nomine Amen, anno a Nativitate ejusdem millesimo quingentesimo quarto decimo Indictione secunda die Sabati primo mensis Decembris. Hoc exemplum per me Christophorum de Sachono de Ripa Notar. sumptum ex autentico scripto manu notarii Petri de Lama Notarii spectabil. D. Faustini Frussii Doctoris Vicarii et Locum Tenentis Magistri D. Gulielmi de Castilia Hispani honorandus Capi- taneus Riperie Salodii sedens pro solito Tribunal sub Logia Magna Palatii dicte Terre Salodii insinuatum fuit, et in ejus presentia per me ipsum Christophorum Notarium et alias infrascriptos Notarios ipsum diligenter cum autentico auscultavimus qui cognoscens ipsum exem- plum cum ipso autentico productum concordare ut eidem exemplo de cetero plena adhibetur fides, suam et prefate spectabilis Comu- nitatis, Riperie auctoritatem prestatam et Judiciale decretum inter- posuit.

Subscript. cum siglo Tabellionatus anteposito. Ego Joannes natus Ser Bartholomei Bernarii de Lux.... Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum una cum infrascriptis Notar. D. Bernardino Monsilvanensi et Arcelino Alcherio de Marzno... et per infrascripto D. Cristophoro Notar. ab autentico Instrumento scripto manu notarii D. Petri de Lama Notarius coram prefato Domino Vicario et Locumtenente ut supra diligenter et fideliter auscultavi, et quia utramque concordare inveni de ipsis Judicis mandato in ejus exempli plenam fidem, et testimonium me supscrispsi relictis tamen non nullis verbis que propter vetustatem Litterarum autentici dignosci non potuerunt, et propterea dimissa fuerunt spatia quinque de quibus apparat in presenti exemplo et cum rasatura in linea trigesima septima erroris.

Subscript. cum signo Tabellionatus anteposito. Ego Bernardinus Monsilvensis fil. D. Joan. Baptiste de Marzno.... Imperiali auctoritate Notar. hoc exemplum una cum notarii et infrascripto D. Cristophoro et Joanne et Arcellino Notariis ad authenticum Instrumentum scriptum manu notar. D. Petri de Lama Notar. coram prefato D. Vicario et Locumtenente ut supra diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concordare inveni de ipsis Judicis mandato in ejus exempli plenam fidem et Testimonium me subscrispsi dimissis tamen non nullis verbis que propter vetustatem litterarum autentici dignosci non potuerunt, et propterea dimissa fuerunt spatia quinque de quibus apparat ipso exemplo et cum rasatura in linea trigesima septima.

Subscript. cum signo Tabellionatus anteposito. Ego Alvelinus fil. Eg.... Vidi Jacobi Donati de Alcherii Marzno.... auctoritate Imp. Not. hoc exemplum una cum notar. D. Jo. et Bernardino Notariis et infrascripto Cristophoro ad authenticum instrumentum propria manu prefati D. Petri de Lama Notar. coram prefato D. Vicario et Locumtenente ut supra diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concordare inveni de ipsis Judicis mandato in ejus exempli plenam fidem et Testimonium me subscrispsi dimissis nonnullis verbis que propter vetustatem

litterarum autentici dignosci non potuerunt et propterea dimissa fuerunt spatia quinque de quibus apparat in presenti exemplo et cum rasatura in linea trigesima septima erroris.

Sub iterum cum signo Tabellionatus ut supra. Ego Cristophorus quondam strenui D. Antonii de Saccono Civis Ripae, et ad presens habitator Terra Salodii publice Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum ex autentico scripto manu nostri D. Petri de Lama Notarii fideliter scripsi, et postmodum in presentia spectabilis Legum Doctoris D. Faustini Trunii honorandi Vicarii et Locumtenentis Magnifici D. Gulielmi de Castilia honorandi Capitanei Ripperie Salodii una cum supradictis Tabellionibus Videlicet Dominis Joanne Bernario, Bernardino Monsilvensi, et Arcelino diligenter cum ipso autentico auscultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius Judicis mandato in ejus exempli fidem me subscrpsi signoque meo Tabellionatus coroboravi relictis tamen nonnullis verbis quae propter vetustatem litterarum autentici dignosci non potui, et propterea dimissa fuerunt spatia quinque de quibus apparat in ipso exemplo, et cum rasatura in trigesima septima linea ut dictum est, in nostris aliis subscriptionibus etiam facta mentio ad tollendam omnem legitimam suspicionem.

Quoniam saepe numero de Officio, et legalitate dubitare solet, ideo Nos Gulielmus Consilius Salodii et Riperie Provisor et Capi- taneus notum facimus quod admodum notarius D. Cristophorus de Sachono qui exemplum nostri Instrumenti ut supra apparat, et alii Tabelliones D. Joannes Bernarius, Bernardinum Monsilvensi et Ar- cellinus qui ipsum exemplum cum suo originali auscultaverunt, et firmaverunt et supradicto exemplo se subscriberunt ut veri et legales ac autentici et publici Tabelliones ac integerime fidei et probitatis quorum Instrumentis et scripturis tam publicis quam privatis hic ei ubi plena fides adhibetur et in quorum fidem etc.

Salodii die primo Decembris 1514.

Subscript. Joannes Breus Cancellarius et Notarius subscrpsi et sigillavi.

XXXIII.

1334 — 11 OTTOBRE

Sulla riforma degli Statuti della Riviera.

Inedito 1).

Continentia partis pridie hic capta cum diligentia exarata cum conditione consuluerunt sapientes quod illis de Riperia denotentur, quod nostrae intentionis est procurare presentem modum quod statum eorum pericolosum ad presens persistens reformatum et sic debite reguletur quod de bono in melius augeat et accrescat, recisis et reiectis quibuscumquam volentibus contrarium generare, quod quidem primam extimationem nostram fieri poterit faciendo quod omnium bamnitorum minuta gens et minus culpabiles revertantur domum et habitent ibidem pacifice, et quiete et reliqui videlicet caporales confinentur ubi et sicut mellius apparebit, gaudendo tamen bonis suis et quod propae dictis ad nos mittant cum voluntate et beneplacito suorum consiliorum, scindicatum, ad plenum notificando etiam bamnitis riperiae qui sunt hic quod ex suis aliquos huc venire faciant causa antedicta quibus utriusque partibus hic venientibus cum ipsorum voluntate et bono ac honore nostro procurabitur quod predicta adimpleantur.

Super facto statutorum et regiminis consulunt quod scribatur predictis de Riperia quod reducant in scriptis eorum statuta quae faciant coram et justa secundum Deum et justitiam et honorem nostrum ac bonum statum suum, ita quod non respiciant ad aliquam speciatitatem, vel partem seu inimicitiam, ea nobis mittentes per scindicos antedictos, quibus statutis hic venientibus deputabuntur aliqui sicut Dominio apparebit, qui sic deputati cum sindicis antedictis ipsa statuta iterato examinentur. Ita quod sint et reducantur ad formam contenta de quibus statutis sic formatis una copia stet hic in cancelleria nostra, reliqui vero in Riperiam destinet nec possit per homines riperie

1) Raccolta Nob. Clemente Di-Rosa *Miscellan. varior. rerum. MSS.*, tom. XI, pag. 11 verso.

menorare ipsis statutis aliquid addi, vel minui corrigi, vel mutari nisi prius hic fuerit examinata illa talis additio, diminutio, correctio, vel mutatio quod fienda videbitur, et omnes rectores illuc in futurum accessuri teneantur et debeant et sint astricti ad observantiam dictorum statutorum nec ab eorum observantia recedere possint et si facerent contra ea, vel aliter in dicto Regimine quicumque volent conqueri per Advocatus nostre Comunitatis debeant audiri, et Advocati Communis facere teneantur, et debeant officium sicut faciunt contra Rectores omnium terrarum nostrarum.

XXXIV.

1334 — 4 NOVEMBRE

Forma da osservarsi per la definitiva approvazione degli Statuti.

Inedito 1).

Cum homines Riperiae secundum partem captam in isto Consilio heic veneriunt cum Sindicatu ad plenum pro reformatione statutorum Riperiae, et super ordinationem statutorum suorum, et hic etiam sint de extrinsecis dictae Riperiae, et terminus sapientium, qui fuerunt electi super dicto facto exprimerint. Vadit pars ut factum possit bonum finem recipere, quod dicti sapientes reffermentur cum libertate examinandi et consulendi super praedictis, et super eis dent vobis suum Consilium in scriptis, cum quo erimus hic, et fiet, sicut videbitur, et quilibet possit ponere partem, et vocare Consilium, sub poena solidorum decem et expeditat se usque ad XL dies proximos de suo Consilio, et si ante forent expediti de parte, vel de toto possint venire ad istud Consilium.

*) Dal libro IV delle Ducali Venete pag. 3;

XXXV.

1339 — 24 GENNAIO

Ratifica dei comuni ed uomini della Riviera di Garda.

Inedito 1).

Ratificatio communium et hominum riperie Garde.

In Christi nomine, anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, inditione septima, die vicesimo primo mensis aprilis. Cum pax et concordia facta et firmata sit inter illustrem dominum ducem et comunia Venetiarum et florentie seu scindicos eorum ex parte una, et magnificos dominos Albertum et Martinum dela Scala fratres, civitatis Verone etc. dominos generales seu procuratorem eorum ex altera, de qua constat instrumento publico scripto per me Jacobum notarium infrascriptum anno ab incarnatione domini MCCCXXXVIII. inditione septima die XXIIII. mensis Januarij ²⁾, et in dicta pace et concordia seu instrumento eiusdem inter cetera contineatur et actum fuerit, quod comunia et homines riperie lacus Garde brixensis qui adheserunt dictis communibus Venetiarum et Florentie in guerra per ipsa comunia habita cum dictis dominis dela Scala sint et includantur et pro inclusis habeantur cum locis et terris suis et quas tenent in pace et concordia supradicta, prout et quemadmodum in quodam speciali capitulo ipsius pacis et concordie plenius et distinctius continetur. Ecce vir providus Franzonus quondam Anthonioli Serici de Materno Scindicus et procurator domini potestatis, abbatis, dutianorum consilij totiusque comunitatis et communium riperie lacus Garde brixensis ad infrascripta specialiter et solemniter constitutus ut constat instrumento scripto per Jacobum

1) Estratto dalle Ratifiche del Trattato di pace tra i Veneziani, Fiorentini, e Signori della Scala, che si conserva nell'Archivio di Stato in Milano, in copia autentica del 15 aprile 1399, come rilevasi in fine del Documento.

2) A Venezia l'anno incominciava al 25 di Marzo; per cui l'anno qui sopra notato corrisponde, secondo il nuovo stile, al 1399 al quale concorda anche l'indizione VII.

quondam Federici de Mezano notarium anno a nativitate domini MCCCXXXVIII, inditione septima, die XIII, mensis Aprilis a me Jacobo notario infrascripto viso et lecto, scindicario et procuratorio nomine pro eis, ad laudem Dei et pro reverentia et honore domini ducis et communium Venetiarum et Florentie, ac pro bono quietis et pacis locorum communium et hominum riperie supradicte, sponte, pure et ex certa scientia et omni modo et forma quibus melius et efficacius potuit et potest, in presentia et audientia testium infrascriptrum et mei notarij, ac presente discreto viro Manfredo de Ubliacis procuratore legiptime substituto ut constitut dictorum dominorum dela Scala, dictam pacem et concordiam laudavit acceptavit gratificavit, admisit, approbat et confirmavit, et laudat acceptat gratificat admittit approbat et confirmat, promittens scindicario et procuratorio nomine supradicto eidem Manfredo presenti ac stipulanti et recipienti nomine et vice dictorum dominorum dela Scala et suarum gentium, et terrarum ac mihi notario infrascripto tamquam publice persone eodem modo et nomine stipulanti, ipsam pacem et concordiam et omnia in ea contenta que et in quantum spectent et pertineant dictis communibus comunitati locis et hominibus riperie supradicte aut que de eis et locis eorum, aut terris tentis per eos faciant mentionem firmam et ratam et firma et rata habere et manutene attendere et observare, et non contrafacere vel venire per se vel alios aliquo modo vel ingenio in pena et sub pena in contractu seu instrumento dicte pacis apposita et contenta solemnri stipulatione promissa. Qui Manfredus procurator et procuratorio nomine dictorum dominorum dela Scala et pro eis dictos potestatem, abbatem, ancianos, consilium, comunitatem, comunia et homines riperie supradicte et terras omnes eorum et quas tenent, ac dictum Franzonum Scindicum et procuratorem, scindicario et procuratorio nomine pro eis, ad dictam et in dictam pacem et concordiam recipiens et admittens promisit e converso et simili modo, pacem ipsam et concordiam et omnia et singula in ea contenta que et in quantum pertineant ipsis dominis dela Scala, et terris et gentibus eorundem, et que per eos

promissa sunt, aut que de eis mentionem faciant erga dictam comunatatem, communia et homines riperie supradicte et terras eorum et quas tenent firmam et ratam et firma et rata habere, manutene attendere et observare et non contrafacere vel venire per se vel alios in pena et sub pena apposita et contenta in contractu pacis et concordie supradicte solemni stipulatione promissa. Que pena hinc inde totiens committatur et per partem observantem et ex parte non observante vel fallente peti possit, et exigi cum effectu quotiens in predictis vel aliquo predictorum fuerit contrafactum vel contraventum seu non observatum et pena soluta vel non nichilominus omnia et singula supradicta perpetuo in sua firmitate perdurent cum eadem stipulatione pene. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et observandis obbligaverunt sibi invicem omnia bona eorum quorum sunt procuratores et scindici presentia et futura, remittentes et perdonantes ex pacto perpetuo et expresse sibi invicem nominibus antedictis omnes et singulas offensiones iniurias violentias occupationes rebelliones, damna, et odia que hinc inde intervenissent vel illata fuissent hactenus, tam occasione guerre et discordie dictorum communium Venetiarum et Florentie cum ipsis dominis dela Scala, quam alia quacumque causa vel forma, ac renuntiantes omni exceptioni defensioni juri et legum decretalium et constitutionum auxilio que contra possent opponi. Et insuper dictus Franzonus in animabus et supra animabus eorum quorum Scindicus et procurator est, juravit corporaliter ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis attendere et observare et attendi et observari facere in omnibus et per omnia ut superius est narratum. Dictus vero Manfredus ista vice non juravit quod tempore dicte pacis firmate inter communia Venetiarum et Florentie et dictos dominos dela Scala, procurator legipotimus ipsorum dominorum dela Scala de predictis et alijs solemne prestitit juramentum.

Actum Venetiarum in plathea Rivo alti presentibus nobilibus viris dominis Petro de Canali cive veneto, Gerardo de Baldachinis milite cive tarvisino, Novello Ganzerra cive vicentino testibus rogatis et alijs.

Ego Jacobus quondam Johannis imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

L. T. == Ego Thomasius de Fanis quondam Veronesij de Sancto Stephano Verone habitator nunc in contrata Sancti Marci Verone, publicus imperiali auctoritate notarius, de mandato et comissione Reverendi in Christo patris domini Dei gratia Episcopi Vincentini et spectabilium dominorum de consilio Verone autenticum, hoc vidi et legi et hic superius fideliter exemplavi, nichil augendo vel minuendo quod sensum vel sententiam mutet in aliquo, una cum Johanne notario de Fanis dato in collegam michi ad auctenticandum opus predictum et hoc fuit die martis XV mensis aprilis MCCCLXXXVIII inductione septima et signum meum thabellionatus consuetum in principio huius operis et in capite huius mee subscriptionis apposui ad maiorem roboris firmitatem.

L. T. == Ego Johannes de Fanis quondam Ottoboni de contrata Sancti Marci Verone pubblicus imperiali auctoritate notarius, auctenticum huius exempli vidi et legi et una cum predicto Thomasio notario diligenter ascultavi nil addito vel diminuto quod sensum vel sentenciam mutet in aliquo bona fide et sine fraude fideliter me subscripsi et ad maiorem roboris firmitatem signum meum thabellionatus apposui consuetum.

XXXVI.

1339 — 20 LUGLIO

Missione di due Ambasciatori Veneti ad Azzzone Visconti.

Inedito 1).

Quod respondatur Nuntio D. Azonis Vicecomitis, et Communis Brixiae super facto Riperiae Brix. quod nos intendimus ipsi D. Azoni

1) Da Cart. 50 del Registro 18 del Sen. Misti, Archivio di Stato di Venezia.

respondere per nostros Ambasciatores et quia convenit pro nostro honore facere et operam quidquid possumus boni in favorem praedictorum, mittantur duo sollemnes Ambasciatores ad ipsum D. Azonem ad respondendum sibi in facto praedicto ad vigendum, et requirendum, quod dicti de Riperia remaneant in statu, in quo sunt, et quod novitas, vel gravitas eis non fiat, quam reputaremus nostram, et quod bene scit quod nos, et ipse, et aliis ad hoc tenemur, et sumus ad stricti; et scit bene, quod ipsi fuerunt causa totius boni secuti, et de Civitate Brixie, quae recessit ab inimicis nostris, et cum his et aliis verbis, quae videbuntur nostris Consiliariis, et Capitibus, et vadant ad expensas solidorum duo grossorum pro quolibet in expensis grossorum XVIII, et possint accipi de omni loco, et cum responsione quam habuerint Venecias revertantur. Hieronymus bonus Duc. not.

XXXVII.

1339 — 18 SETTEMBRE

Protesta per le innovazioni del dazio imposio dal Podestà della Riviera.

Inedito 1).

Quod respondeatur ser marco Dandulo potestati Riperie quod Intelleximus litteras suas de datijs impositis de novo in Riperie, de quibus sunt conquesti homines Brixie sicut continetur in Ambaxata eorum quam nobis misit quibus intellectis miramur de novitate per eos facta de ipsis datijs. nam non erat tempus faciendi novitatem sed pertransire cum omnibus suis circumvicinis quiete ei amicabiliter. Et si volebant ad nos mittere pro faciendo beneplacitum nostrum, hoc debeant facere antequam facerent novitatem de ipsis dacij, sed contrarium ipse fecit, quod nobis non placet. Et ideo nobis videtur quod dicta datia omnino faciat revocari et pertranseat cum vicinis suis in amore et quiete sive novitate habendo semper bonam custodiam de locis Riperie atque curam.

non sinceri 3.

omnes alij de parte.

1) Da carte 34 del Reg. 19 Sen. Misti, Arch. Secreto di Stato d: Venezia.

XXXVIII.

1340 — 15 GENNAIO

*Nomina di tre Savi per riferire sull'ambasciata
della Riviera Bresciana ecc.*

Inedito 1).

capta

Quod eligantur Tres Sapientes per dominum ducem consiliarios et capita super ambaxata Riperie Brixie et litteris domini Episcopi Vicentini et det nobis suum consilium in scriptis usque ad diem Jovis proximam post nonam quo die et hora sit vocatum istud consilium sub pena solidorum X et fiet sicut videbitur et quilibet possit ponere partem.

Electi Sapientes super dicto facto
 Ser Andrea Erizzo
 » Petrus Mauroceno
 » Marcus Ruzini

XXXIX.

1340 — 18 GENNAIO

*Proposte dei Savi intorno ai reclami del Podestà e del Comune
della Riviera Bresciana per controversie insorte coi Signori di Milano.*

Inedito 2).

Examinata Ambaxata potestatis et communis hominum Riperie Brixiensis Consulunt sapientes et primo.

capta

Super primo Capitulo ipsius Ambassiate per quod conqueruntur, quod per dominos Mediolani seu eorum mandato datum est bannum

1) Registro 19 Misti carte 53 Archivio Secreto di Stato in Venezia.

2) Reg. 19 carte 53 come sopra.

tribus Comunibus dicte Riperie propter fracturam aliquorum poncium etc. — Consulunt. Quod scribatur dominis Mediolani narrando querelam hominum Riperie et Rogando eos cum illis pulcris verbis que videbuntur quod dicta tria comunia sic bannita, de bannis eximi faceant nam potestas et homines Riperie quibus efficaciter scribimus super hoc parati sunt dare operam quod dicti pontes reficiantur et fiant ita quod ipsi domini poterunt contentari, Et scribatur potestati et hominibus antedictis quod provideant taliter sicut nobis dici fecerunt, quod dicti pontes reficiantur ita quod dicti domini contententur nec ob hoc possint habere iustum causam novitatis vel querimonie contra eos.

capta

Super secundo Capitulo per quod ipsi de Riperia conqueruntur quod domini Mediolani fecerunt habere tractatum de subvertendo Riperiam etc. Consulunt. Quod nulla fiat mencio super hoc.

capta

Super tertio Capitulo continente de protestatione facta ad requisitionem domini Mediolani coram potestate Riperie in requirendo dominum Nigrum de Bruxatis eorum bannitum etc. Consulunt. Quod scribatur ipsis dominis Mediolani in illa pulcherima forma que videbitur narrando quomodo potestas et homines Riperie nobis scribunt quod tempore dictae requisitionis ipse dominus Niger non erat in districtu riperie eo quod anno ad requisitionem Vicarii potestatis brixie licentiatus fuerat de riperia per potestatem predictum, quod ipse potestas fecerat pro complacendo domino antedicto ita quod in hoc potuerunt et possunt eum habere merito excusatum.

capta

Super quarto capitulo per quod conqueruntur quod banniti Riperie faciunt damna et raubarias in Riperie et posmodum receptantur in brixiam et districtu et etc. Consulunt. Quod scribatur dictis dominis Mediolani cum illis abilibus verbis que videbuntur dicendo quomodo alias per litteras et nuncium specialem Requisivimus et amicabiliter Rogavimus dominos antedictos ut homines riperia nostra eciam consideratione recomendatos haberent, et sperabamus habita eorum grata

Responsione non oppertore nos pro inde amplius fattigari et quod nunc ipsi de Riperia conqueruntur quod per eos peius tractantur quam ante et quod banniti sui discurunt super eorum territorio et vijs faciendo damna et raubarias in riperia et postmodum in districtu brixiense receptantur et sic ista spe eis multiplicat desiderium malignandi, Et quod Rogamus eos quatenus cum statu Riperie nobis sit cure velint nostro amore sic effectualiter ordinare quod banniti dicte Riperie que damna vel gravitatem contra dictam Riperiam vel eius subditos committerent non receptentur in eorum districtibus ut deficiente tali refugio postponant attentare aliquid contra statum Riperie supradicte. capta.

Scribatur quoque dominis supradictis quomodo sicut dictum est supra homines et status Riperie nobis sunt multis ex causis plurimum commendati et gauderemus valde si dicta Riperia conservaretur in statu pacifico et quieto tam qui de suis beneplacitis essemus multipliciter consolati et converso de suis sinistris graviter doloremus, Et quod propterea Rogamus dominos antedictos quatenus pro bono pacis et nostre considerationis intuitu velint dictos homines Riperie et ipsam Riperiam penes se recommendatos habere et non sufferit (*sic*) quod eisdem fiat novitas vel gravamen et potissime per suos districtuales et subditos quia hec citra res quam valde ad bonum habebimus et que nos eis strictius obligabit. capta.

Et scribatur potestati comuni et hominibus dicte Riperie quomodo super ambaxata quam nobis miserunt providimus speciales litteras dominis Mediolani transmittere cum illis verbis et forma quam pro conservatione status eorum et bono negotiorum vidimus convenire, Et quod nos Rogamus et ortamur eos in quantum possumus quod se et loca sua disponant ad permanendum in pace et quiete et desistant ab attentando novitatem aliquam contra dominos Mediolani vel aliquem alium que posset dissensionem inducere vel errorem quia eorum condicio sic requirit, et faciendo sic status eorum de bono in melius multiplicabitur et acrescat, et nos qui suum bonum velunt proprium peroptamus ad sua beneplacita largius disponemur.

XXXX.

1340 — 18 GENNAIO

*Risposta al Vescovo di Trento sopra lagnanze da lui mosse
al Pelestà della Riviera.*

(medio 1).

capta

Super litteris vero missis predicto Episcopo tridentino Consulunt, quod Rescribatur ipsi domino Episcopo quo nuper suas Receptionis litteras ad quas sic respondemus quod eidem regraciamur quam plurimum de insinuatione nobis facta per tenorem litterarum ipsarum cum id procedat a vera amicitia et amore, Et ad factum quod primo in dictis suis litteris scribit scilicet quod potestas Riperie ipsum requisivit ut certos suos bannitos expelli ficeret de suo districtu etc. Respondemus quod optantes quod nostri benivoli et devoti in amicitia et Reverentia cum eius paternitate vivant et transeant providimus scribere ipsi potestati et speramus quod effectualiter subsequetur quod cum districtualibus et subditis dicti domini Episcopi manere debeant pacifice et quiete ita quod a parte sua recidatur omnis materia questionis, Et quod Rogamus ipsum dominum Episcopum quatenus eidem placeat facere modo simili ordinari quod sui subditi in amore et quiete cum subditis Riperie maneant ut dilecio mutua huic inde ut optamus valeat conservari. Et Rogando ipsum dominum Episcopum quatenus eidem placeat pro bono quietis ordinare quod si aliqui ex banniti dicte Riperie forent qui damnum vel gravamen facerent in dicta Riperia vel contra eius districtuales quod talis in districtu suo non faciat receptari.

capta.

Ad id vero quod ipse conqueritur de certis ciuis subditis quos miserat in Riperiam capti et molestatis per ipsum potestatem,

1) Dal Reg. 19 carte 54 del Sen. Misti, Archivio di Stato in Verona.

Rescribatur eidem quod habentes sinceram affectionem ad ipsum dominum Episcopum et eius subditos cum veritate dicimus quod dis-
splicet nobis valde si per potestatem predictum factum vel attentatum
est aliquid contra honorem vel bonum dicti domini Episcopi et sub-
ditorum suorum, Et quod super hoc scribimus ipsi potestati et ho-
minibus Riperie nostras litteras efficaces occasione predicta per quas
speramus sine dubio, quod ea que facta sunt sinnodum (*sic*) sunt refor-
mata debito reformabunt et de cetero a similibus et alijs que viderint
contra sue paternitatis honorem cavebit offerendo nos ad singula ei
grati.

capta.

Et scribatur potestati et comuni Riperie quomodo nuper Rece-
pimus litteras domini Episcopi Tridentini in quibus de eis conqueritur
graviter et scribatur eisdem distincte querela domini episcopi dicendo
quomodo ea que scribit dictus dominus Episcopus esse facta per eos
si ita sunt nos gravant et turbant quam plurimum cum sint contra
oninem equitatem et iusticiam et possent de levi scandalum inducere
inter ipsum dominum Episcopum et homines Riperie antedicte, Et
quod predicta et alia que fecissent contra dictum dominum episco-
pum provideant taliter reformare quod ipse dominus Episcopus ple-
narie contentetur nec nobis amplius conqueratur dessistentes de ce-
tero a similibus, nam nostre intencionis extat et sic efficaciter scri-
batur eisdem quod cum dicto domino episcopo et eius subditis con-
versentur et transeant more solito in omni Reverentia et amore sicut
eorum conditio postulat et requirit cum aliis verbis que circa hec
videbuntur opportuna. Et scribatur etiam eisdem quomodo ad eorum
Requisitionem scribimus nostras litteras domino episcopo prelibato
recomendando eidem homines Riperie et Rogando eum ut si qui bani-
tati Riperie forent qui ipsius Riperie circarent (*sic*) molestiam vel sini-
strum sibi placeat eos in suo districtu non facere receptari.

XXXXI.

1340 — 10 LUGLIO

*Sentenza del Doge di Venezia pronunciata nella causa vertente
fra Ubertino da Carrara ed Alberto Mastino della Scala.*

Inedito 1).

In Christi nomine amen, Cum in pace facta et firmata inter in-clitum dominum ducem et Comune veneciarum ex una parte, et Magnificos dominos Albertum et Mastinum fratres de la Scala Civitatis Verone etc. dominos generales ex altera sub anno domini mil-leseimo trecentesimo trigesimo octavo Indicione VII die vigesimo quarto mensis Januarii, inter alia duo capitula sint inserta quorum unius tenor talis est. Item quod magnificus miles dominus Ubertinus de Carraria Capitaneus et dominus generalis Civitatis Padue ac Co-mune et homines Civitatis ipsius cum locis et castris baxani et ca-stribaldi, nuper concessis et traditis per Comune Veneciarum eisdem domino Ubertino et Comuni, cum omnibus aliis terris castris et lo-cis, ac hominibus suis et sui Comitatus et districtus includantur et sint in pace presenti, et pro inclusis et insertis in ipsa pace ex nunc et penitus habeantur, Et quod securitate et beneficio pacis ipsius gaudeant, et gaudere debeant quemadmodum Comunia Veneciarum et floren-tie et unumquodque ipsorum Comunium, et quod contra eos vel contra statum eorum seu terrarum vel locorum suorum dicti domini Albertus et Mastinus per se vel alias non inferrant nec attentent no-vitatem, gueram, detrimentum vel sinistrum aut aliquod contrarium nec inferrentibus vel attentantibus seu inferre vel attentare volentibus consenciant nec favorem transitum vel consilium exhibeant ullo modo vel ingenio sub pena et sacramenti et pecunie adiecta in contractu presenti promittere volentibus et promittentibus e converso dictis domino Ubertino et comuni padue vel sindicis et procuratoribus

1) Commemoriali III. N. 508, c. 177. (184).

eorum, erga dictos dominos de la Scala, et terras eorum cum stipulati-
nibus et solemnitatibus opportunis. Hinc inde Alterius vero capituli
tenor talis est. Item quod tam super facto domini episcopi Parme
et dominorum de rubeis et amicorum suorum, quam super facto do-
mini Vicarij et aliorum Vincentinorum et Domini Episcopi Vincencie,
et suorum, et Jacobuzij de Arzignano et hominum de Monticulo, et
illorum de Riperie garde brixiensis, et aliorum superius expressorum
si forsitan aliquis vel aliqui eorum dicere vel conquerit voluerit, quod
aggraventur a dominis de la scala, vel a communibus Civitatum et
terrarum eorum seu ab aliquibus officialibus vel rectoribus nomine
vel occasione ipsorum dominorum de la scala vel Comunium predi-
ctorum aut alicuius eorum, seu ab alijs personis realiter vel persona-
liter directe vel indirecte aut contra formam premissorum quoquo-
modo vel quod ei vel eis non observentur ea que dicta sunt et in
hoc instrumento et tractatu pacis continentur. Et e converso si dicti
domini de la scala vel alii pro eis aut pro communibus supradictis vel
alijs aut aliquo eorum conqueri vel dicere vellent, quod dicti domini
de rubeis vel dominus Vicarius aut alii predicti seu aliqui eorum
non observarent premissa, aut contrafacerent tenori premissorum quo-
quomodo, vel mala tractarent de eis possit et possint et semel et
pluries ad dominum ducem Veneciarum habere recursum. Et dictus
dominus dux super talibus querimonij expositib[us] et gravaminibus
possit quecumque audire et intelligere ac providere et ordinare et termi-
nare partibus citatis et non citatis presentibus et non presentibus Juris
ordine servato et non servato et omni tempore id quod et pro ut
sibi videbitur esse iustum in processum determinationem et senten-
tiā cuius vel suorum officialium quibus ipse committere ex nunc
prout ex tunc ipse partes et queque ipsarum et quicumque conque-
rentes vel se aggravantes, vel aggravatores debeant stare et esse con-
tente et contenti et de presenti et integre observare attendere et exe-
cutioni mandare sine aliqua exceptione Juris vel facti quicquid per
ipsum dominum ducem vel per officiales suos quibus ipse commit-
teret determinatum, sententiatum vel declaratum fuerit sub omni

strictura condicione et pena quam dictus dominus dux vel officiales eius vellent ordinare vel imponere et pena in partem observantem vel aggravatam, vel pro qua determinatum foret, si observatum non fuerit, debeat de venire (*sic*). Et tam pro observatione premissorum quam pro pena exigenda et aliis circa hoc opportunis, Idem dominus dux possit in favorem partis seu persone aggravate vel osservantis seu pro qua determinatum foret providere et procedere omnibus modis et remedijs quibus sibi videbitur expediens rato semper manente contractu huius pacis cum contentis in eo Cumque prefatus dominus Ubertinus pluries per litteras et nuncios speciales conquestus fuerit nomine suo et communis Padue. Et exponi fecisset inclito domino domino Bartholomeo gradonico dei gratia Veneciarum Dalmacie atque Crohacie inclito duci ac domino quarte partis et dimidie totius Imperij Romani et comuni Veneciarum post dictam pacem factam prefati domini Albertus et Martinus fecerunt fieri unam ruptam sive taliatam aggeris fluminis aricis in partibus sive confinio ville bigexij veronensis districtus non longe a confinio ville castri baldi paduani districtus, per quam maxima quantitas acque dicti fluminis labebatur et inundabat multa territoria quam plurium villarum paduani districtus, in desolationem preiudicium et manifestam sterilitatem et damnum territorij prefati. Item quod dicti domini Albertus et Mastinus de la scala fieri fecerant, sive eorum subditi, unum fossatum pro scolandis acquis suis in partibus sive confinio Villarum Maratice et illius contrate Veronensis districtus, Et ipsum fossatum produci seu protendi fecerant in territorium et terrenum Ville Sancti Selvarij paduani districtus usque in foveam que appellatur la fratta sive fovea bandezata paduani districtus ir novitatem et manifestum sinistrum dicti domini Ubertini et Comunis Padue, Item quod dicti domini Albertus et Mastinus de la Scala seu subiecti de Civitate Vincencie fieri fecerant duas pallificatas seu steyonatas in alveo fluminis publici et communis per quod olim fuerat et erat iter navigiorum publicum et Comune a terra de Est paduani districtus, usque ad terram Montagnane paduani districtus, et quod dicte pallificate seu steyonate facte fuerant in dicto

alveo in partibus ville zotte paduani districtus, ex uno alvei latere, et ville de caselis vincentini districtus, ex alio latere dicti alvey, Et quod per eas impeditum et clausum erat dictum flumen et iter navigiorum predictum in evidens dicti domini Ubertini et Comunis Padue gravamen et damnum. Item quod dicti domini Albertus et Mastinus de la Scala, sive eorum subditi de Civitate Vincencie et districtu occupabant citra brentam territorium paduanum in novitatem preiudicium et gravamen dicti domini Ubertini et Comunis Padue. Et propterea fecisse supplicari dictus dominus Ubertinus prose et Comuni Padue dicto domino duci et Comuni Veneciarum quantum cum predicta omnia et ipsorum quodlibet facta forent et essent in eorum gravamen et in novitatem sinistrum et damnum eorum, et sui territorij et districtus quod erat contra formam capitulorum predictorum pacis, que capitula et omnia et singula contenta in dicta pace, in quantum ad eos spectabat ipse dominus Ubertinus et Comune Padue promiserant servare et servaverant servabant et perpetuo intendebant servare, placeret domino duci et Comuni Veneciarum prefatis, vigore arbitrij auctoritatis et Jurisdictionis, quam habebant per formam pacis, seu capitulorum pacis predictorum providere in predictis et predictorum quodlibet determinare et ordinare id quod et prout eis videretur iustum, Cumque presatus dominus dux et Comune Veneciarum consideraret quod premissa omnia erant talis condicionis quod nisi ad oculum examinarentur, iuste non poterant terminari, Et propterea optans pacis observanciam et supradictorum capitulorum et quietem partium, et in casu quolibet secundum justiciam definire misisset ad dicta loca viros nobiles dominos Nicolaum gradonico eius natum, Petrum bragadino et Michaletum faletro honorabiles cives Veneciarum, eisque commissiset quod diligenter viderent et examinarent ipsa loca supra et infra et statum circumstancias et adiacencias eorum et quelibet alia facienza ad veram et plenam informationem cuiuslibet premissorum Et postmodum refferrerent et consulerent dictis domino duci et comuni Veneciarum quid eis videretur providendum determinandum et ordinandum in predictis differenciis et

qualibet earum, Et ipsi nobiles ducale mandatum fideliter adimplentes ivissent ad ipsa loca, et de ipsis et quolibet eorum visis dictis locis ad oculum et auditis partibus et omnibus que allegare ad oculum ostendere et dicere voluerunt, se plenarie informassent per modum eis commissum, postmodum dicti nobiles volentes Venecias remeare secundum ducale mandatum partibus preceperunt quod infra certum terminum compararent coram ipso domino duce in Venecijs cum omnibus suis Instrumentis et scripturis, ut per ipsum dominum ducem possent predicta secundum Justiam terminari. Cumque post premissa providi et sapientis viri domini Bonaventura qondam domini Francisci de Castegneto de ponte petre et Joanes de merzarij qondam domini Guidonis merzarij de Sancto Thoma Jurisperitus civis Verone procurator dictorum dominorum Alberti et Mastini de la Scala ut de ipsorum procuratorio constat publico instrumento scripto manu Nicolai qondam magistri civis Verone, Imperiali auctoritate notarii, a me notario infrascripto, viso et lecto, sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo Indicione octava die Jovis decimo quinto Junii. Et dictus Dominus Bonaventura Sindicus Comunis et hominum Verone ut de ipsis sindicatu constat publico instrumento scripto manu Silvestri qondam domini Isnardi civis Verone Imperiale auctoritate notario sub anno et indicione predictis die martis decimo tertio Junii a me notario infrascripto viso et lecto. Et discretus vir dominus Marcius qondam Jacobini de Angarano civis Vincencie, procurator substitutus a Bomporto notario de porto cive vincentie sindico Comunis et hominum Vincentie ad substituendum habente libertatem, ut de ipsis Marcij procuratorio constat publico Istrumento scripto manu Phylippi notarii qondam domini Zamboni de Andrea Imperiali auctoritate notario sub anno domini et indicione predictis die decimo mensis Julii, a me notario infrascripto viso et lecto et providi et Sapientes viri domini Aldrigetus de Montagnana decretorum doctor, et Aleardus de Basiliis civis padue procurator dicti domini Ubertini, ut de ipsorum procuratorio constat publico instrumento scripto manu alberti filij domini Albertini de la porta Imperiali auctoritate notario

sub anno et indicione predictis die martis vigesimo Junij a me notario infrascripto viso et lecto ac sindici communis et hominum Padue ut de ipsorum sindicatu constat publico instrumento scripto manu Alberti prefati sub anno et indicione predictis die sabati primo Julii, a me notario infrascripto viso et lecto secundum ducale mandatum partibus factum comparuissent contra dicto domino duce et instassent suppliciter quatenus sibi placeret in predictis et quolibet predictorum ordinare mandare sententiare disponere et ordinare, sicut sibi iustum videretur. Et idem dominus dux commissiset nobilibus antedictis quod iterum deberent audire partes, videre et examinare omnia instrumenta et scripturas que ostendere et producere vellent, et omnia que vellent dicere ed allegare et postmodum referre quid eis videretur. Et ipsi nobiles dictas partes audissent et diligenter examinassent omnes scripturas et Instrumenta que allegare et producere voluerunt. Superque eis diligent et matura deliberatione habita relatione fecerunt dicti nobiles et suum consilium exhibuerunt eisdem domino duci et Comuni Veneciarum in forma subscripta. Et primo super facto rupte sive tajate aggeris fluminis aticis supradicto retulerunt quod rippe fluminis aticis cum fortitudine aggerum ab utroque latere conservantur. Et quod licet studium continuum adhibeat circa conservatione ripparum ipsarum et aggerum tamen excrescente flumine propter multitudinem et impetum aquarum que currunt ad bassum fiunt rupte que postmodum reformatur aptantur et fortificantur et sic occurit anno proxime elapso, quo anno impetus multitudinis aque que crevit ultra solitum a longissimo tempore citra fecit ruptas quatuordecim vel circa que nunc clause sunt fortificate et reaptate sicut oculata fide viderunt nobiles antedicti. Retulerunt etiam dicti nobiles quod habuerant quod modus prefatus tam circa conservationem aggerum et ripparum quam circa clausuras et reformationes ipsarum ruptarum semper erat servatus, Et quod nunquam fuerat auditum quod rupta aliqua fieret studiose, in dictis rippis aut earum aliqua ne pro conservatione aliarum possessionum nec alia occasione nisi nunc et in ista rupta de qua conqueritur ipse dominus Ubertinus et Comune

Padue licet per partem dictorum dominorum Alberti et Mastini dicitur quod facta fuerat pro conservatione et defensione residui territorii Veronensis, Et propterea consuluerunt quatenus attentis premissis atque considerato infinito detimento et danno quod percipiebat ex dicta rupta territorium paduani quod per dictum dominum ducem deberet vigore arbitrii Jurisdictionis et baylie predicte. Sibi concesse per pacem seo Capitula supradicta ordinari sententiari et terminari quod dicti domini Albertus et Mastinus deberent claudi et fortificari facere, et clausam et fortificatam et in aconcio facere teneri ruptam prefatam secundum formam predictam semper servatam in residuo fluminis antedicti, intelligendo quod semper incipiatur clausura dicte rupte, et continuetur et solicitetur ita quod sit in totum et perfecte clausa et fortificata et in concio per totum mensem septembris proxime secururi. Super facto autem fossati sancti Selvarij consuluerunt quod dicta questio cum sit de confinibus, Et per ea que pars quilibet ostendit producit et dicit non possint in facto plenius terminari atque attento quod ipse fossatus parvum damnum infert territorio paduano, quod per dictum dominum ducem vigore arbitrij Jurisdictionis et baylie predicte, deberet ordinari sententiari et terminari quod idem fossatus deberet remanere et stare sicut nunc est, ita tamen quod ex hoc aliqui partium in facto confinium vel aliter nullum priudicium generetur, super facto autem palificatarum seu steionatarum predictarum consuluerunt quod cum dicte palificate seu steionate sint ab uno capite super territorio Vicentino, et ab aliо capite super territorio paduano. Et quod ibi alveus dicti fluminis est pubblicus et communis quod per dictum dominum ducem vigore arbitrij Jurisdictionis et baylie predicte deberet ordinari sententiari et terminari, quod dicte palificate seu steionate deberent inde removeri et tolli, Super facto autem occupationis territorij paduani quod circa brentam occupari dicebatur per homines Vincentie seu districtus. Consuluerunt quod nihil dici, aut terminari deberet quoniam existentibus dictis nobilibus ad dictum locum ad volendum examinare

differenciam antedictam tam per partem dictorum dominorum de la scala et Comunis Vincie quam per partem dicti domini Ubertini et Comunis Padue de comuni concordia fuerat contentatum quod quelibet partium stare, esse et permanere deberet in eo statu Jurisdictionis et possessionis in facto dicte differentie in quo fuerat a tempore facte pacis predicte citra. Idcirco prefatus dominus dux cum auctoritate suorum consiliorum minoris, Rogatorum et XL et vigore arbitrij iurisdictionis autoritatis et baylie quod et quam habent per pacem et capitula pacis supradicta, sedendo pro tribunali cum suo minori consilio in loco auditorij sui, Christi nomine invocato in scriptis terminavit, ordinavit et sententiavit, presentibus dictis procuratoribus et sindicis nomine et vice eorum quorum sunt procuratores et sindici, quod in predictis et quolibet predictorum fieri debeat per partes predictas et quamlibet earum et servari id quod et sicut per dictos nobiles consultum est et superius continetur, et sic mandavit quod de presenti integre et cum effectu observari deberet et executioni mandari per quamlibet dictorum partium sine aliqua exceptione Juris vel facti Sub illa pena que ipsi domino duci videretur imponenda, que per partem non observantem effectualiter solvi debeat et in partem aggravatam debeat pervenire ratis nichilominus manentibus omnibus et singulis supradictis, intelligendo et declarando quod per premissa aut aliquid premissorum aliqua partium predictarum per alteram inquietari, molestari, vel gravari, non possit occasione pene apposite in contractu pacis prefate que pena, in quantum est occasio premissorum et cuiuslibet eorum quod remissa utrimque ex nunc et penitus habeatur. Et de premissis omnibus mandavit idem dominus dux fieri duo publica instrumenta eiusdem tenoris danda unum si illud voluerint cuilibet partium predictarum.

Lata, lecta pubblicata et pronunciata fuit dicta sententia per prefatum dominum ducem pro tribunali sedentem ut supra sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo Indicione octava die X mensis Julii: presentibus domino Cancellario Andrea de Capitaggeris

stephano qondam desiderati de franchino, Jacomelo Venerio Amedeo de banguadagnis omnibus ducatus Veneciarum scribis et aliis testibus ad hec vocatis.

L. T. Ego Nicolinus de Fraganesco Imperialis auctoritate notarius etc.¹⁾

XXXXII.

1340 — 24 AGOSTO

*Istruzioni all'Ambasciatore che si decreta di mandare in Riviera
per ristabilirvi la tranquillità.*

Inedito 2).

capta

Quod mittatur unus Ambaxator pro isto facto Riperie qui faciat viam Verone, et rengratietur ipsis Dominis de favore dato nostro Civi Potestati Riperie, et vadat ad Riperiam, et procurat ponere quietem, et concordiam ibi sicut videritur convenire pro honore nostro, et habeat Litteras credencie, et Brixie et Mantue, ut si ei videretur facere aliquam Ambaxatam pro bono negotiorum predictorum faciat sicut ei videbitur, et si poterit ponere rem in accontio dictis illis bonis verbis illi de Riperia, que sibi videbuntur pro sua conservazione, et quiete, redeat Venecias, et si aliquod impedimentum foret, rescribant, et suum Consilium, et nostrum expectet mandatum, et possit expendere soldos tres grossorum in expensis gross. XVIII. et respondeat hodie, et vadat cras.

Electi: == Ser Franciscus Delphino.

Plezius ser Philipus emo.

ser Zaninus Delphino.

1) Commemorali tom. IV. cart. 178 Archivio di Stato di Venezia.

2) Registro 19 carte 31 Senato Misti, Archivio cit.

XXXXIII.

1340 — 27 AGOSTO

Istruzioni all'Ambasciatore che si manda in Riviera.

capta

Inedito 1)

Quod committatur Ambaxatori nostro electo pro facto riperie quod vadat ad ipsam riperiam et ibi procuret tractare et ponere pacificum statum inter homines ipsius Riperie, ortando eos et inducendo ad conservationem pacifici et boni status eorum cum illis verbis que sibi videbuntur, Et quia dicitur quod aliqui de ipsa riperia qui sunt facti nostri cives fuerunt in novitate facta in ipsa riperia, sciat ipse ambaxator qui sunt illi qui fuerint in dicto facto, qui sint cives nostri, et eos faciat exercitari coram nobis pro Citadinancia ut compareant coram nobis ad illum terminum qui dicto Ambaxatore videbitur, et si dictus Ambaxator viderit quod riperia et homines ipsius sint in quieto et seculo statu, et quod res sint quietate, redeat venēcias, si vero esset aliquod impedimentum rescribat et suum consilium et expectet nostrum mandatum.

XXXXIV.

1340 — 19 NOVEMBRE

Elezio[n]e di tre savi.

Inedito 2).

Quod super ista ambaxata Riperie Brixie eligantur tres Sapientes per dominum, consiliarios, et capita que examinent eam et dent nobis

1) Registro 19 carte 32 Senato Misti, luogo citato.

2) Registro 19 carte 42, idem, luogo citato.

suum consilium usque ad diem jovis proximam cum quo erimus hic et fieri sicut videbitur. Et quilibet possit ponere partem.

Electi: — Ser Johanes Gradonico Grece.

Ser Marinus Faletro.

Ser Simonetus Dandulo.

XXXXV.

1340 — 23 NOVEMBRE

La relazione dei tre savi sopra eletti.

Inedito 1)

Examinata ambaxata communitatis Riperie brixiensis et contentis in ea, Consulunt Sapientes, quod ad ipsam Respondeatur in forma subscripta.

capta

Et primo ad capitulum per quod homines dicte Riperie offerunt et petunt se per instrumenta publica subjtere dominio nostro, Respondeatur quod sicut ipsi sciunt tempore quo incepimus guerram cum dominis dela scala firmavimus reducere toto posse nostro cunctos ad statum pacificum et comunem et sic servavimus et de cetero quantum in nobis est intendimus observare, Et si nunc acciperemus eos sub nostro dominio sicut petunt non videretur quod nobis esset cordi communitas et status pacificus aliorum ex quo multa de facili possent insurgere que forent suo statui non utilia sed damnosa, et propterea quantum est ad subjectionem in nobis faciendam per instrumentum nolumus assentire ut omnibus semper clareat velle nostrum, de communitate ubique optanda et hoc omnibus consideratis utilius putamus pro maiori conservatione ipsorum tamen eos semper habere intendimus et eorum augmento et bonum in omni casu optare et sic videre potuerunt hactenus in casibus necessariis et videre possent de cetero per effectum Omnes de non o. non sinceri o.

1) Registro 19 carte 49 Senato Misti, luogo citato.

capta

Ad factum autem dacij de nouo impositi per eos mercationibus, Respondeatur, quod procuravimus semper habere cum omnibus larga pacta in favorem mercatorum et mercationum ut undique sine gravitate possint concurrere et inhibuimus toto posse ne nova dacia imponantur nedum nostris fidelibus et Venetis set nec etiam aliis qui buscumque et quod si assentiremus impositioni dicti dacij novi aut ipsum non facheremus tolli alias incitarentur ad nova dacia imponenda quod omnino importabile foret nobis, Et propterea volumus quod omni occasione cessante in fine mensis prescriptis novembris, dictum dacium removeant in totum et quod ipsum ab aliquibus exigi vel accipi decetero non faciant ullo modo. Omnes.

Ad cetera autem in dicta ambaxata contenta Respondeatur quod nos gravat quantum potest et gravaret semper si qui procurarent vel vellent subversionem communis status ipsorum et optantes quod cuncti abstineant a molestijs eorum, et ut appareat quod de offensis ipsorum turbamus et quod conservatio sua in bono statu nobis est cordi mittere intendimus secundum suam requisitionem ad quam benigne inclinamur nuncium nostrum ad dominos mediolani et ad comune brixie cum illa ambaxata quam per ipsorum quiete pacificencia et bono viderimus fructuosa.

Et ex nunc sit captum quod mittatur unus notarius ad dominos mediolani et ad comune brixie, Cui comittatur quod exponat de gravitatibus Attentatis contra statum quietum Riperie per suos brixienses, et rogando quod eos faciant a talibus effectualiter abstinere. Recomendet dictis dominis et Comuni Riperiam ipsam et statum eius ostendendo quod de statu tranquillo ipsius riperie gaudemus et quod molestie nos turbarent cum illis verbis que domino Consiliarijs et Capitibus videbitur. Et quia homines dicte Riperie dicunt quod pro comune brixie gravissima dacia sicut imposta omnibus rebus que portantur in riperia pro sua necessitate et usu, Comitatur dicto notario quod procuret cum dictis dominis quod comune brixie transeat de dictis rebus cum eis sicut consuevit temporibus retrohactis et quod de dictis dacis insolitis non graventur.

XXXXVI.

1341 — 30 APRILE

Anticipazione di pagamento.

Inedito 1).

capta

Quod secundum requisitionem potestatis Riperie Brixie ser Petri Mauroceno soldentur due banderie balistariorum pro uno mense, solvendo Comune nostrum nunc pecuniam soldi, quam Comunitas Riperie teneatur restituere, dando hic securitatem de restituendo.

capta

Quod mittatur ser Nicolinus de Fraganesco pro facto novitatis Riperie tam ad ipsos de Riperia, quam ad dominos Mediolani, cum illis verbis que videbuntur. bb.

XXXXVII.

1342 — 6 FEBBRAIO

Elezioni dei Sapienti per la Riviera.

Inedito 2).

capta

Quod super istis gravaminibus que dicuntur fieri hominibus Riperie Brixie de arbitrio quod tollunt potestates dicti loci et de donis et aliis Eligantur tres Sapientes per electionem in isto consilio qui examinent dictas gravitates et consulant totum id quod eis videbitur in predictis pro honore nostro et reformatione predictorum et boni status Riperie predicte, et cum suo consilio venietur huc et fiet sicut videbitur et quilibet possit ponere partem. Et expediant se usque ad

1) Reg. 19, carte 77, Senato Misti luogo cit.

2) Reg. 21, carte 11, Sen. Misti, luogo cit.

VIII dies et si ante fuerit expediti ante venire possint et vocetur consilium sub pena solidorum X. insuper dicti sapientes videant et examinent super ambaxata ambaxatorum Mediolani super qua dent nobis suum consilium in scriptis videndo pacta et habendo consilium et informando se etiam de querelis nostrorum qui conqueruntur de gravitatibus que eis fiunt contra pacta et possint in eis ponere partem et facere ut supra dictum est de aliis, omnes de parte.

Electi Sapientes 1342, die 27 feb.:

Ser Thomas Viadro
 » Zaninus Dolphino q.m ser Benedicti
 » Jacobellus Cornario
 per electionem.

XXXVIII.

1342 — 10 FEBBRAIO

*Ordine al Podestà della Riviera di recarsi alla Dominante
 e istruzioni ai Provveditori inviati in Riviera.*

Inedito 1).

Vissa et diligenter examinata continentia partis, et habita omni informatione que potuit super gravitatibus que fieri dicuntur hominibus Riperie Brixensis per suum Potestatem et super inde collatione pluries habita, Consulunt concorditer sapientes pro honore dominationis et bono statu dicte Riperie et reformatione predictorum ut inferius continetur.

capta

Quod scribatur et precipiendo mandetur nobili viro ser Andree Zeno potestati Riperie Brixensis lacus Garde quod infra quintum diem immediate sequentem a presentatione ducalium litterarum sibi facta debeat de Riperia recessisse, et Venetias ad nos, sine aliqua

1) Reg. 21, carte 12, Sen. Misti, luogo cit.

inducia directo venire. Et statim dictis litteris receptis non faciat per se vel alium novitatem aliquam, vigore alicuius arbitrij sibi concessi.

Et quia gravitates de quibus conqueri dicuntur homines dicte Riperie, specialiter procedere videantur a facto arbitrii concessi dicto potestati. Vedit pars, quod eligantur per electionem in isto consilio, duo provisores, quibus committatur, quod ire debeant ad dictam Riperiam, et convocato generali Consilio Comunitatum dicte Riperie, exponant, cum illis pulcris verbis, que videbuntur sibi committenda per dominum, consiliarios et capita, qualiter ducalis dominatio, ob devotionem suam disposita semper fuit et est providere circa bonum statum, et conservationem eorum et sue devotionis et remotionem quorūcumque volentium contrarium generare.

Et ideo ducale dominium disposuit prefatos provisores ad ipsos transmittere ut predicta possint effectualiter adimpleri, Ortantes et inducentes communites predictas ut statuta et ordinamenta sua, in quibus dependet status et regimen eorum, vellint examinare et illa reformare, mutare et corrigere, tam in facto dicti Arbitrij, quam aliis quibus cumque, taliter quod qualibet mala causa cessante, possint regi et gubernari per illum modum qui melior, comunior et magis conformis sit ad conservationem sue devotionis et statum pacificum et quietem comunitatum et hominum terrarum Riperie antedicte.

De non — 12, non sinceri — 2, de parte — 37.

capta

Quod dicti provisores non possint refutare sub pena solidorum viginti grossorum pro quolibet, et teneantur respondere infra tertium diem, et ire ad beneplacitum dominationis. Et vadant ad expensas solidorum duorum grossorum in die pro quolibet de ratione de grossis XVIII de non — 15, non sinceri — 0, alii de parte.

Quod inhibitum sit Potestatibus Riperie Brixie lacus garde presentis et futuris de Venetiis, quod de cetero modo aliquo vel ingenio seu colore non possint ipse nec eorum vicarij socii vel notarij nec aliquis de sua familia recipere per se vel per alios directo vel

indirecto donum , provisionem vel angariam aliquam ultra id quod specificatum est vel fuerit in presentatione syndicatus electionis dicti potestatis. Et si receptum fuerit illud restitui faciant quam citius poterunt.

Sub pena dupli eius quod receptum fuisset.

De parte — 10. Non sinceri — 7.

capta

De non — 34.

Electi provisores = Scr Petrus Faletro.

» Coloci Barbaro.

XXXXVIII.

1342 — 10 FEBBRAIO

Risposta dei Signori di Milano agli Ambasciatori.

Inedito 1).

Examinata Ambaxata exposita ducali dominio pro parte dominorum Mediolani per suos Ambaxatores, et habita collacione per sapientes tam cum ipsis ambaxatoribus quam sine, consulunt sapientes ut in sequentibus continetur.

capta

Primo, quod respondeatur dictis Ambaxatoribus, super primo capitulo de facto pontis de novis, quam asserunt rehedificatum et custoditum per potestatem Riperie lacus garde, quod attento affectu sincere dilectionis quem ducalis dominatio diutius gessit et gerit ad dominos Mediolani, dicta dominatio semper optavit et optat dictorum dominorum honorem et statum. Et alias per suas litteras ortata fuit dictum potestatem et homines, ut de dicto facto se compromittere deberent: Et ut bonum propositum partium, et ducalis dominij quod est videlicet, ut factum istud amicabiliter cognoscatur possit melius

1) Reg. 21, carte 13, Sen. Misti luogo cit.

adimpleri dicta dominatio committet duobus nobilibus, quos presentialiter mittere intendit pro aliis negotiis ad dictam Riperiam. Quod ortentur et inducant potestatem et homines dicte Riperie, ut declarant et notificant loca in quibus contentarentur, quod factum ipsum committi et determinari posset et de quibus domini Mediolani haberent merito contentari. Et habita intentione dicti potestatis et hominum, ducalis dominatio illam notificabit prefatis dominis et factum possessus procurabit, sicut pro honore suo et conservatione Juris utriusque partis viderit convenire.

Super secundo capitulo, quinti positi in theca de argento misso per dictos dominos pro pecunia deponenda apud officiales nostros frumenti et de quo gravantur dicentes quod est contra formam pactorum et allegantes quodam capitulum positum in pacto, quod habemus cum Mediolanensibus continens, quod mediolanenses et eorum factores possint et eis liceat portare et extrahere licamente de venetiis pecuniam cuniatam auri et argenti etc. Cum dicti sapientes visso tenore dicti pacti, et participato consilio cum nostris salariatis et alijs sapientibus clare habeant quod id quod factum fuit, potuerit et debuerit legitime fieri. Respondeatur quod dictum quintum poni debuit et debeat in cecha sicut fit de argento nostrorum civium, unde causam non habent dicti domini conquerendi, cum pacta predicta ipsos melioris condicionis in hoc non faciant quam quoslibet nostros cives. Et nihilominus si de hoc contenti non essent, quod tamen iustum et Juri consonum est, parata est ducalis dominatio, quod simul de hoc et quam pluribus querellis nostratum, qui gravati sunt, et gravantur tam per officia Brixie quam Mediolani, cognoscatur de jure.

Super tertio capitulo. Respondeatur, quod placet ducali dominio, ut gratia alias benigne concessa prefatis dominis, gratiosius compleatur. Sic quod quatuor milia florenorum, quos dicunt restare ad deponendum, possint ponere apud nostros officiales frumenti.

L.

1343 — 10 MARZO

*Deliberazione per terminare amichevolmente la quistione
per la elezione del Podestà.*

Inedito 1).

Cum ista dominacio numquam voluerit illos de Riperia totaliter habere pro suis, sicut habet subditos suos, et propterea non simus eorum recti superiores vel Judices in indicando inter eos, licet pro devotione ipsorum simus et esse intendamus eis favorabiles circa conservationem eorum in eorum necessitatibus. Et sic decet nos facere in presenti. Vadit pars, quod mittatur una bona persona sicut videbitur que vadat ad nostros provisores et dicat eis nostram intentionem et cum eis procuret quod consilium hominum riperie illorum silicet qui sunt consueti per tempora vocari et esse ad consilium commune et generale. Et inter eos in presentia nostrorum provisorum, dicat honesta verba ex parte nostra silicet de bona intentione nostra quam habemus ad suam conservationem et bonum statum eorum. Et quod scimus quod quando fecerunt electionem a capite de ipso ser Andrea, venerunt huc Syndici eorum ad notificandum eam nobis. Et quod tunc non comparuit aliquis que contradiceret et faceret questionem de ea et fuit eis responsum, sicut solitum erat aliis temporibus, quod de omni bono suo animus noster erat contentus et placebat nobis et modo apparebant aliqui contradictentes. Et propterea dicat eis quod nobis videtur pro meliori quod ipsi de dicto consilio sic congregato terminent inter eos per majorem partem eorum, si volunt dictum ser Andream habere pro suo potestate, vel non. Licet consideratis omnibus, nobis videatur honestum et congruum quod habere eum debeant in potestatem. Tamen faciant et terminent sicut eis videbitur melius. — 19, 21, 37, 39, 40.

1) Reg. 21, cart. 18 e 19, Sen. Misti luogo cit.

Super eo quod opponunt Syndici Comunitatis Riperie Brixiensis Iacus Garde asserentes electionem secundo factam de nobile viro ser Andrea Zeno in potestatem dicte Riperie esse nullam et non valere nec tenere de Jure tamquam indebite et iniuste factam et contra formam statutorum suorum et quod nuper in consilio dicte comunitatis dicta electio et confirmatio cassa et irritata est. Visis auditis intellectis et diligenter examinatis per sapientes Juribus allegationibus et statutis productis et allegatis per ipsos sindicos, ex una parte, et per dictum ser Andream ex altera, et omnibus hijs que dicte partes dicere allegare et hostendere voluerunt. Et attentis quibusdam statutis productis in favorem dicti ser Andree et modo et forma servatis in facto secunde electionis facte per XII Abbates — cum tribus Syndicis cum condicionibus prime potestarie et confirmatione facta per ducale dominium de ipsa secunda electione ad requisitionem Ambaxatorum dicte Riperie.

Attento etiam generali et amplio arbitrio concesso et attributo predicto ser Andree per consilium dicte Comunitatis circa principium sui primi regiminis cum quampluribus aliis libertatibus sibi datis per formam aliquorum statutorum. Premissis omnibus et singulis cum omni diligentia inspectis et examinatis quam plures habita colatione vicisim. Et habito etiam respectu ad honorem ducalis dominij, et in omnem partem cum diligenti deliberatione, videtur dictis sapientibus concorditer. Quod electio et confirmatio facta secunda vice de dicto ser Andrea in potestatem dicte Riperie fuit rationabiliter facta.

Sed per dominationem expresse iniungatur dicto ser Andree, quod modo aliquo vel ingenio, non utatur aliquo arbitrio, seu libertate hactenus sibi concessis, nec decetero arbitrium aliquod recipiat, sed regat dictam comunitatem et homines secundum eorum statuta, non molestando aliquos, occasione huius novitatis sed ipsos et reliquos nostros devotos habendo potius commendatos. Et ad removendum quamlibet dubitationis causam et ad inducendum securitatem in predictis. Consulunt dicti sapientes quod ante quam dictus ser Andreas ad dictum regimen revertatur, dominatio mittat ser Nicolinum de

Fraganesco ad comunitates et homines dictae ripericie, cui committatur quod esse debeat cum nostris provisoribus, declarando eis nostram intentionem. Et convocato generali consilio dictarum comunitatum, enarret eis qualiter ob amorem sue devotionis quam ducale dominium babet specialiter commendatam dicta dominatio se semper dispositam invenit, circa conservationem eorum et sui pacifici status. Et ideo diligentem examinationem fecit, in facto electionis et confirmationis factarum, secunda vice de nobile viro ser Andrea Geno eorum protestate que dicebatur indebit processisse. Sed auditis intellectis inspectis et examinatis Juribus, allegationibus et statutis et aliis quibuscumque dictis et productis in contrarium dicti ser Andree. Visis etiam et examinatis Juribus ipsius et arbitrio sibi concesso, dicte dominationi videtur, quod dicta electio et confirmatio rationabiliter facta fuit. Ortando illos quod de hoc vellint merito esse contenti, et se disponant ad bonum et conservationem sue devotionis et pacifici status. Nam hoc eis erit honor et utile, et ducali dominio valde gratum. Et quod secure sperent omne bonum de regimine dicti ser Andree, cum specialiter per dominationem sibi iniunctum sit, quod nullo arbitrio utatur, nec aliquod arbitrium decetero recipiat, sed ipsos regat secundum eorum statuta, et eos habeat tamquam Karos devotos ducalis dominij commendatos. Cum hijs et alijs pulcris verbis que sibi imponendi videbuntur domino, consiliarijs et capitibus. Et pro reformatione et reconciliatione predictorum tractet et operetur cum hijs que sibi videbuntur id boni, quod poterit cum honore dominationis. Et quidquid invenerit et facere poterit in predictis rescribat dominationi et providebitur et fiet in predictis, sicut melius videbitur. — 44 | 43
45 | 43 | 45 | 44.
de non — 3 | non sinceri — 5 | 8 | 9 | 9 | 7 | 7.

capta

Si videtur vobis quod predicte partes super facto Ripericie possint ire circum pluries quam ter in isto consilio tamquam partes communis — 53.

vel non — 124 non sinceri — 3.

LI.

1343 — 15 MARZO

Si dichiara valida l'elezione di Andrea Geno a Podestà della Riviera.

Inedito 1).

capta

Cum Syndici communitatis Riperie Brixensis Lacus garde asserant electionem secundo factam de nobile viro ser Andrea Geno in potestatem dicte Riperie, non valere nec tenere de Jure, tamquam injuste et indebite factam et contra formam statutorum suorum et quod nuper in consilio Comunitatis predicte, dicta electio et confirmatio cassa et irrita est. Et facta examinatione de predictis per sapientes, et visis Juribus utriusque partis, videatur domino, consiliariis, Capitibus et Sapientibus quod electio et confirmatio dicti ser Andree fuerit rationabiliter facta. Vadit pars ad removendam quamlibet dubitationis causam, et ad inducendam securitatem in predictis, quod antequam dictus ser Andreas ad dictum regimen remittatur, dominatio mittat ser Nicolinum de Fraganesio ad Comunitates et homines dicte Riperie, cui committatur quod esse debeat, cum nostris provisoribus, declarando eis nostram intentionem. Et convocato Comuni in generali consilio dictarum comunitatum, ipsi nostri provvisores cum dicto ser Nicolino, exponant sibi qualiter ob amorem sue devotionis quam ducale dominium habet specialiter commendatam dicta dominatio si semper dispositam invenit circa conservationem eorum et sui pacifici status. Et ideo diligentem examinationem fecit in facto electionis et confirmationis facte secunda vice de nobile viro ser Andrea Geno eorum Potestate que dicebatur indebite processisse. Sed auditis, intellectis, inspectis et examinatis Juribus allegationibus et statutis et aliis quibuscumque dictis et productis in contrarium dicti ser Andree. Visis etiam et examinatis Juribus ipsius et arbitrio sibi concesso dicte

1^o Registro 21, carte 18-19, Sen. Misti Inogo cit.

dominationi videtur, quod dicta electio et confirmatio rationabiliter facta fuit. Ortando illos quod de hoc vellint merito contentari et se disponere ad bonum et conservationem sue devotionis et pacifici status. Nam hoc eis erit honor et utile et ducali dominio valde gratum. Et quod secure speret omnem bonum de Regimine dicti ser Andree cum specialiter per dominationem sibi injunctum sit, quod nullo arbitrio utatur nec aliquod arbitrium decetero recipiat, sed ipsos regat secundum eorum statuta, et ipsos habeat tamquam Karos devotos ducalis dominij commendatos. Cum hijs et alijs pulcris verbis quae sibi imponenda videbuntur, domino consiliariis et capitibus. Et procurent dicti procuratores habere respcionem in predictis a Consilio dicte Comunitatis et hominum. Et pro reformatione et reconciliatione predictorum dictus ser Nicolinus ante convocationem dicti consilii tractet aperetur cum illis qui sibi videbuntur id boni quid poterit cum honore dominationis. Et quidquid invenerit et facere poterit in predictis, rescribat dominationi et tunc providebitur in predictis et fieri sicut videbitur. 43 — de non 13. — non sinceri 5.

LII.

1343 — 31 MARZO

*Relazione alla Serenissima
risguardante la nomina del Podestà della Riviera.*

Inedito 1).

capta

Cum ser Nicolinus notarius noster missus fuerit ad Riperiam Brixiensem ad nostros provisores ibi existentes pro facto ser Andree Geno cum intentione in hoc consilio firmata. Et ipsi provisores et dictus ser Nicolinus rescripserint nobis quod consilium dicte Riperie congregatum, terminaverant eos nolle habere eum pro potestate. Et noster civis ser Andreas conqueratur coram nobis quod ipsi de riperia faciunt

13 Registri 21, cart. 30, Sen. Misti luogo cit.

ei obliquum, et quod ius credit habere per infrascripta publica que
habet et alia Jura sua et non possit de Jure denegari quoniam au-
diatur in Jure suo quia nec ipse nec illi in suo facto possunt et
Judices et negocium non bene stet tali modo. Vedit pars, quod di-
cantur illis de Riperia verba predicta et quod dixerunt et obtulerunt
stare Juri, et quod hec via bona potest teneri. Quod unus sapientes
Juris pro parte eligatur in loco comuni que examinent Jura partium
in facto dictae electionis et salarij pene damnorum expensarum et in-
teresse que petit dictus ser Andreas et eorum qui ipsi de Riperia
vellet petere contra eum, et diffinant in predictis et terminent sicut
eis videbitur iustum, quorum terminationi partes stare debeant. Et
quod ipsi de Riperia dent in Venetijs ydoneam plezariam de solvendo
quod sententiatum fuerit pro nostro fidele. Et si recusarent dare tan-
tam plezariam obtineatur de tanto quantum est salarium dicte pote-
starie per totum annum quo stare debeat in regimine. Ut si fuerit
sententiatum per dictos electos pro parte dicti ser Andree illa plezaria
solvere teneatur, Reservato tamen omni Jure dicto ser Andree in
pena et expensis damnis et interesse in quibus non intelligatur fieri
preiudicium, occasione dictae plezarie que prestatur solum quod salario
nisi in tantum quantum cognosceretur per illos electos quod illi de
Riperia non tenerentur. Et quod si illi duo electi non essent concordes
partes eligant tercium et si non essent concordes de tercio, nos dare
ipsum debeamus. Et fiat terminatio per majorem partem eorum. Et
contentantibus de predictis illis de Riperia, et data plezaria, ut dictum
est, Ipsi de Riperia eligant suum Potestatem et Rectorem secundum
suum beneplacitum. Verum si isti qui sunt hic non haberent man-
datum complendi predicta mittant solicite ad accipiendum ipsum, ut
predicta possint procedere et completri. Et si ipsi de Riperia de pre-
dictis vel aliquo eorum non essent contenti, quia apparebit manife-
stum, quod recusant iustum, non intendimus deserere nostrum civem
in suo Jure sed providebimus sue indemnitiati sicut videbitur isti con-
silio fore iustum. Et propterea veniri debeat ad istud consilium, et
providebitur, sicut videbitur. — 37 | — 41.

Quod respondeatur Syndicis et Ambaxatoribus Riperie quod ioh. videtur quod electio facta secunda vice de ser Andrea Geno in suum potestatem fuit rationabiliter facta, Et sic per nostros provisores et Nicolinum, eisdem fecimus manifestum. Unde vellint et debeant ipsum habere in suum potestatem pro tempore contento in dicta secunda electione. Et si de hoc non contentantur solvere debeant totum salarium debitum dicto ser Andree pro tempore dicte secunde electionis. Et si aliquid predictorum facere noluerint, ex nunc prohibeatur, quod nullus noster civis ire possit nec debeat in Rectorem dicte Riperie modo aliquo vel ingenio sub penis et condicionibus contentis in consilio prohibente, quod aliquis noster civis non vadat rector ad terram et locum Tyrampni — 25 | — 27.

de non — 9 non synceri — | 4 | 10.

LIII.

1343 — 1 APRILE

Ordini trasmessi ai Provisori della Riviera.

Inedito 1)

capta

Quod scribatur nostris provisoribus Riperie Brixie id quod per nos captum est in factis potestatis, et quia illi de Riperia qui sunt hic dicunt quod non habent indicatum ad plenum et quod miserunt pro ipso mandetur provisio quod dimisso ibi Nicolino redeant Venetias et Nicolino scribatur quod remaneat ibi quoisque aliud duixerimus ordinandum de suo redditu procurando bonum et quietem dicte Riperie cum honore nostro et quod mittant ad plenum secundum quod per nos ordinatum est.

1) Reg. 21. carte 25, Senato Misi luogo cit.

LIV.

1344 — I APRILE

Elezio[n]e di tre savi per riferire sui fatti della Riviera.

Inedito 1).

capta

Cum riperia Brixensis propter multas et varias novitates que ocurrunt sunt ibidem postquam fuerunt ad factum potestatem sit in mallo statu et nisi aliter provideatur ad peius p[ro]ventura sit et pro honore nostro faciat attenta devocione et fide quam conderunt nobis in causibus opportunis procurare, in quantum ieri potest, reformationem status dicte Riperie et quod taliter reguletur quod de cetero vivere valeant in quiete. Vadit pars quod elegantur tres sapientes per electionem in isto consilio qui consulant toturi id quod eis videbitur bonum pro reconciliatione status dicte Riperie et super forma Regiminis eorum in posterum observanda per Rectores que illuc accedere debent et cum eorum consilio venient huc et fiet sicut videbitur et quilibet possit ponere partem et vocetur consilium sub pena soldorum X parvorum. Et de ipsorum consilio expediant se usque ad octo dies proximos. 52.

Quod dicti Sapientes examinent et consulant super omnibus factis Riperie tam de dimittendo quam de retinendo dictam Riperiam quam ecciam de Rectore Riperie, quam de aliis omnibus tam in genere quam in specie quomodocumque spectantibus ad factum Riperie prefate 31.

Non sinceri — 1 de non — 1.

Electi Sapientes	{ Ser Nicolaus Lione » Andreas Superancio » Andreas Contareno frater ser Stephan[i]	pro oredictis.
---------------------	---	-------------------

1) Registro 22 carte Sen. Misti luogo cit.

LV.

1344 — 11 OTTOBRE

Sulle riforme del Comune della Riviera.

Inedito 1).

Pars Senatus pro reformando eorum periculoso statu causa Banitorum. Mittant ad Dominium Syndicum cum libertate etc. Et banni pariter illuc aliquos mittant.

Et ipsi Salodiani reducant in scriptis eorum statuta que presententur Dominio examinanda et approbanda, quibus nihil addi nec mutatio fieri per homines Riperie, nisi talis additio examinata fuerit a Dominio et observentur per Rectores accessuros in Riperiam, et si contra fecerint querele audiantur per Advocatores Comunis.

LVI.

1344 — 30 OTTOBRE

Processo della Chiesa di Salò contro il Comune di Volciano.

Inedito 2).

Richesius de Seniga clericus Ecclesie S. Joannis Baptiste et Vicarius capituli Ecclesie Brixie, Episcopali sede vacante, Comuni, Consulibus et Rectoribus et etiam singularibus personis terre de Vulzano Diocesis Brixie salutem eternam in Domino.

Cum appareat per quadam sententiam definitive latam.... p. q. D. Ardezonus tunc Vicarium D. Azonis olim Episcopi Brixie, inter sindicos Comunitatis.... de Vulzano predicto ex una parte, et sindicu plebis de Salodio ex parte altera, quod vos tenemini et condemnati fuistis ad tribuendum et solvendum quartam partem expen-

1) Reg. 22, carte 52, Senato Misti luogo cit.

2) Odorici, Raccolta,

scrum pro campanis que solite sunt esse ad Ecclesiam et plebem dicte terre de Salodio, et similiter expensarum pro quarta parte et campanilis ipsius plebis et quartam partem expensarum crucis calicis et turribuli plebis predicte, et ex relatione Archipresbiteri et Canonicorum plebis memorate nuper intelleximus, quod vos approbantes dictam sententiam solvistis per tempora preterita dictam quartam partem.... Cum igitur ad presens immineat opus necessarium pro campania dicte plebis reparandis... et pro campanili dicte ecclesie et vos ut audivimus requisiti per Archipresbiterum.... quod vos debeatis restituere et prestare dictam quartam partem... Nunc autem... solvere recusatis indebite et injuste... Quare ad instantiam et requisitionem Archipresbiteri et capituli plebis supradicti.

Tenore presentium vos et quelibet vestrum requisimus et monemus in primo, secundo et tertio termino perentorio.... sub excommunicationis in personas vestras et interdicti in terram vestram penis percipienda mandamus quatenus dictam quartam partem expensarum.... pro reparatione et aptatione predictis solvere et prestare curetis etc.... Date in Episcopali Concistorio Brixie ubi jura redduntur per dictum dominum Vicarium Die XXX mensis Octobris millesimo CCCXLIII. Ind. II. Ego Ognabenus de Seniga not. et scriba Capituli Ecclesie Brixie episcopali sede vacante et D. Vicarij ejus.^m mandato scripsi.

LVII.

1344 — 4 NOVEMBRE

Autorizzazione ai Savi di proporre le riforme convenienti.

Inedito 1).

Cum homines Riperie secundum partem captam in isto Consilio hic venerunt cum sindicatu ad plenum et reformatione statutorum Riperie, et super ordinatione statutorum suorum, et hic etiam sint

1. Reg. 22. carte 1. Senato Misti luogo cit.

de extrinsecis dicte Riperie et terminum sapientum qui fuerunt electi super dicto facto exputaverit, vadit pars ut factum possit bonum timem recipere eorum dicti Sapientes refirmentur cum libertate examinandi et consulendi super predictis. Et super eis dent nobis suum consilium in scriptis cum quo erimus hic et fiet sicut videbitur, Et quilibet possit ponere partem et vocetur consilium sub pena solidorum decem, et expediant se usque ad XV. dies proximos de suo Consilio, Et si ante forent expediti de parte vel de toto possint venire ad istud consilium.

LVIII.

1344 — 2 DICEMBRE

*Determinazioni circa i regimi della Riviera.**Inedito 1).*

Cum facta correccione statutorum illorum de Riperia pro ut videbitur huic consilio indubie sit sperandum quod taliter regi poterunt et vivere in quiete quod nobis cedet ad gloriam et honorem tuum quia Rectores qui illuc in futurum accesserint, omnem bonam causam habebunt operandi quod statui dicte Riperie correspondeat, tum quia attentare contrarium formidabunt per ea que advocatoribus iam sunt commissa, vadit pars quod ista Riperia pernostruni Comune non accipiat nec relaxetur sed pocius fiat et stet in statu presenti procedendo ad corectionem et reformatiōnem dictorum suorum statutorum pro ut utilius apparebit pro conservacione status sui 40 | 47 | 44. capta

Cum omnes questiones que occurrunt in Riperia antedicta sint et veniant occaxione potestaric que induxit et inducit eciam hic apud nos contenciones et suspectus non modicos non cum honore dominij sed cum multo onere et infamia per mundum in quo subveniendum est de remediiis opportunis et auferre pro honore dominij, im-

1) R. 1, cc. VIII-IX, Senato Misti luogo cit.

pedimentum et causam tanti mali. Vedit pars, quod in facto Riperie nulla novitas fiat sed remaneat in statu solito excepto quod potestaria dicte Riperie eligatur et fiat per electionem in nostris consiliis sicut fiunt alie nostre electiones cum salario et condicionibus contentis suis statutis cum istud sit de voluntate et consensu hominum dicte Riperie, verum antequam de hinc fiat ulla electio debeat terminari factum electionis ser Marci Georgio sicut videbitur consilio Rogatorum et quadraginta. Et capta ista parte procedatur ad factum coretionis statutorum sicut videbitur. Et duret hec pars per duos annos et in capite dictorum duorum annorum per duos menses ante veniatur ad istud consilium et providebitur sicut videbitur. | 26 | 47 | 53.

Cum sit melius terminare prius factum ser Marci Georgio quam procedere super aliquibus alijs quia terminato negocio ser Marci Georgio melius et clarius poterit procedi ad alia, vedit pars quod dictum factum prefati ser Marci prius et ante omnia terminetur in consilio Rogatorum et quadraginta, et postmodum ibitur ad alia sicut videbitur isti consilio. 41. Quod ista Riperia de qua tot zizanie cotidie nascuntur ut videri potest et peius evenire posset, dimittatur et relaxetur sit quod modo aliquo vel ingenio aliquis noster civis pro Rectore illuc amplius et deinceps ire non possit. 22.

Non sinceri 9 | 6 | 4.

LIX.

1344 — 4 DICEMBRE

Riunione del Collegio per una deliberazione.

Inedito 2).

In rogatis.

Quod ordinetur Collateralem secundum usum quod habent libertatem pro maiori parte retinendi, examinandi, et tormentandi istos

1) Raccolta nob. Clemente Di Rosa nella Miscellan. varior. rerum, vol. XI, fol. 11 verso.

duos silicet pezolum de Bononia et Paulum de Rosillis captas pro
factis qdm Petri Badoario olim Potestatis Riperie Brixensis ut au-
distis pro habenda plenius veritate dicti facti et cum eo quod habetur
et invenietur huc et fiet sicut videtur et statim *capta parte Collegium*
congregetur et sint super examinatione fiende.

Collegium
 Marcus Barbadico
 Bernardus Justinianus } Consil.
 Aurettur Gradenico Capit. de 40.
 Jo. fuscaro Advocator Comunis.

In dicto libro ad cart. 53.

LX.

1344 — 20 DICEMBRE

*Elezioni di tre Savi, i quali esaminati i diritti delle parti,
emettano il loro consiglio.*

Inedito 1).

capta

Cum in isto facto ser Marci Georgio de potestaria Riperie fiant
allegaciones per partes de scripturis et statutis que hic non possent
bene examinari et sine diligent examinatione non possit diffiniri iuste.
Vadit pars, ut jura parcum melius examinari possint quod elegantur
res sapientes per electionem que debeant audire et examinare Jura
partium et omnes scripturas et statuta que ipse partes producere vo-
luerint et super eis dent nobis suum consilium in scriptis, cum quo
erimus hic et fiet sicut videbitur, et quilibet possit ponere partem,
et possint dicti sapientes accipi de omni loco exceptis procuratoribus
et patronis Arsenatus et habeant terminum expediendi se de suo con-
silio per totum istum mensem et ante venire possit ad consilium si

1. Reg. 22, carte 64, Senato Misti, luogo cit.

fuerint expediti et possint habere consilium si eis videbitur et cum
quibus eis videbitur, omnes de parte

Sapientes ser Johanes Fuscareno

» » » Dandulo

» » Nicolaus Sanuto.

LXI.

1345¹⁾ — 13 GENNAIO

Giudizio dei Savi sulla validità della elezione del Podestà della Riviera.

Inedito 2).

capta

Pluries et pluries intelectis statutis, scripturis et Juribus illorum de Riperia, ac sindicatu et Juribus ser Marci Georgio, et ipsis partibus ore tenus multociens auditis et super eis consilio et deliberacione habitis diligenter tam inter sapientes, quam cum alijs qui sibi apparuerunt Consulunt concorditer sapientes et sic eis videtur quod sindici qui presentaverunt electionem potestarie Riperie ser Marco Georgio, potuerunt illam presentare et ipse eam acceptare virtute sui sindicatus qui est ad plenum, et quod in hoc una pars se alteri potuit obligare et altera alteri statutis aliquibus illorum de Riperia non obstantibus de non 14 — non sinceri — 8 — de parte 53.

1) Tutte le copie portano la data del 1344 ma dall'argomento si arguisce che deve essere del 1345, come pure i documenti susseguenti del 15 e del 18 gennaio.

2) Reg. 22, Carte 18, Senato Molti luogo cit.

LXII.

1345 — 15 GENNAIO

*Si ordina ai Savi di emettere il loro parere se la Riviera
sia tenuta a pagare la pena rifiutando la nomina del Podestà.*

Inedito 1).

capta

Cum isti de Riperia obtulerint nomine illorum de Riperia solvere penam promissam de libri V ut dicunt in facto electionis ser Marci Georgio, vadit pars quod committatur sapientibus alias electis qui sunt informati de factis qui videant et examinent sindicatum et baliam quam habent dicti de Riperia, et si habent libertatem presentandi dictam penam et tam super hoc quam super omnibus alijs tangentibus dictum factum in omni eo quod occurreret declarandum et ordinandum pro dicto facto usque ad finem facti dent nobis suum consilium in scriptis cum quo erimus hic et fieri sicut videbitur et quilibet possit ponere partem et possint audire partes et habere consilium cum quibus eis videbitur et habeant terminum veniendi huc usque ad dies VIII. et ante si fuerint expediti possint venire ad consilium. Et si consilium est contra etc. de non 16, non sinceri 1. de parte 57.

LXIII.

1345 — 18 GENNAIO

*Si interpella quelli della Riviera
se vogliono per Rettore ser Marco, o invece pagare le spese.*

Inedito 2).

capta

Cum iustum et honestum censeatur dubia quilibet removere, et forsitan hesitetur an sindici de Riperia qui sunt hic de voluntate .

1) Registro 22, carte 68, tergo, Senato Misti luogo cit.

2) Reg. 22. carte 70, Senato Misti, luogo cit.

universitatis Riperie faciant impugnacionem ser Marco Georgio quam faciunt, videlicet in presentando penam librarum V. cum de hoc non habeant sindicatum ad plenum. Consulunt sapientes quod unus notarius curie in Riperiam destinetur ad exponendum omnibus communitatibus videlicet singuli ipsarum, si volunt ser Marcum prefatum pro Rectore, vel solvere ipsi ser Marco quod de Jure cognitum fuerit, ipsos ei teneri et cum eo quod habuerit Venetiis revertatur Verum si dicent quod ante solvere vellent quid de Jure tenentur, tunc eis dicat quod sindicatum ad plenum super hoc mittant cum sindici sui super hoc sindicatum ad plenum non habeant. de non 5, non sinceri 2. Reliqui de parte.

LXIV.

1345 — 22 FEBBRAIO

La Riviera propone cinquanta uomini armati.

Inedito 1).

capta

Quod acceptetur gratiose oblatio illor. de Riperia qui offerunt ad nostrum servitium L homines armigeros usque ad guerram finitam ad suas expensas.

1) Reg. 23, carte 47, Senato Misti, luogo cit.

LXV.

1345 — 9 MARZO

La Repubblica propone l' accettazione, condizionata, degli statuti.

Inedito 1).

capta

Quod statuta illorum de Riperia confirmentur prout iacent, cum condicione quod comittatur nostro Rectori ituro in Riperiam, quod si aliquid in eis videret quod egeret corectione, mutacione vel adiacione id suis litteris nobis debeat intimare, quia de hinc providebimus ut saluti dictorum de Riperia viderimus convenire.

LXVI.

1345 — 23 MAGGIO

Condono di pena a Bartolino Piccardo di Salò.

Inedito 2).

capta

Cum Bartholinus del picardo de salodo riperie brixieni confiniatus fuisset per ser Colocium Barbaro, tunc potestatem, ad lignagum Veronensis districtus per octo menses et ipse diligenter observaverit dicta confinia, et in actis et quaternis dicti potestatis non reperiatur scriptus terminus octo mensium quod omissum fuit ut dicit per negligentiam vicarii seu notarii dicti potestatis et propter taleni omissionem non possit reverti ad propria, cum propter ordinamenta irritata hic non possit nec potuerit adiuvari. Et dictus ser Colocius dicatur esse omnia supradicta et quod pium est sibi subvenire. Vadit pars quod scribatur potestati Riperie, quod non obstantibus ordinibus super confiniatis de dicta riperia concedat ei gratiam et licenciam redundi domum.

1) Reg. 22, carte 81, Senato Misti, luogo cit.

2) Reg. 23, carte 9, ivi.

LXVII.

1345 — 9 GIUGNO

Restituzione di beni a Pietro de Malesardo.

Inedito 1).

capta

Quod scribatur ser Nicolao Barbadico Potestati Riperie lacus Garde, quod faciat restitui Petro de Malesardo confinato in Mestrino bona sua que vendita sunt eo quod quadam die Venetias venit ad loquendum dominio attamen reversus fuit eo die ad confinia supradicta, et hoc fiat per nos de Gratia dicto Pediecto.

LXVIII.

1346 — 20 APRILE

La Repubblica scrive a Mastino raccomandando quelli della Riviera.

Inedito 2).

capta

Quod scribantur litteras domino Mastino super facto Riperie cum pulcris verbis, recommendando Sibi Riperiam, et rogando eum de bannitis Riperie ad evitationem scandali, quod placeat ei facere licentiari dictos bannitos de suo distritu cum per alios etiam hoc servetur.

1) Reg. 23, carte 15, Senato Misti luogo cit.

2) Reg. 23, carte 58, Senato Misti. luogo cit.

LXIX.

1346 — 10 AGOSTO

*La Republica invia un Notajo a Luchino Visconti
per reclamare contro la cattura di un cittadino della Riviera.*

Inedito 1).

capta

Quod mittatur unus Notarius Curie ad dominum Luchinum dominum Mediolani in favorem nostrorum de Riperia brixensi qui aggravantur per illos de brixia, qui ceperunt et detinerunt captinatum Stephaninum de dicta Riperia, ponendo eum et alias in suspectu cum illa commissione que videbitur domino consiliarijs et Capitibus de XL. Cum teneamur ad conservacionem dictorum de Riperia, pro fidelibus operibus eorum in omnem honorem nostrum.

LXX.

1346 — 12 AGOSTO

*La Republica accoglie la petizione presentata dagli Ambasciatori
della Riviera.*

Inedito 2).

capta

Cum illi de riperia brixensi nobis miserint ambaxatores et sindicos suos supplicando quod eos et riperiam teneamus et gubernemus ut fecimus hucusque et terminus ordinatus de dando eis rectorem usque ad duos annos compleat in brevi. Et factum responderit et respondeat cum honore nostro. Vadit pars quod gratiose acceptetur petitio eorum elongando adhuc terminum per alios duos annos post complementum aliorum duorum cum conditionibus consuetis.

1) Reg. 23, carte 54 Sen. Misti, luogo cit.

2) Reg. 23, carte 55 del Sen. Misti, luogo cit.

LXXI.

1347 — 26 GENNAIO

Investitura di beni in Maderno.

Inedito 1).

In Christi nomine. die vigesimo sexto Januarii. In Materno in ecclesia sancti Andre.... ecc.... Presentibus nicolao archipresbiter dicte ecclesie iohanne quondam magnifici iohannis de materno aiubobus notariis vegliano quondam bendacis obertus de materno et franchino de sabio habitant. eodam agri omnibus test. Ibi dominus Moreschus de Moreschis de brixia monachus monasterii sancte heuphemie et Sindicus ipsius venerabilis domini dominici decastelli dei gracia abatis monasterii S. heuphemie.... ecc.... Investivit Dominicum quondam D. Belezani roseigni de Materno ut supra de una domo copata cum sedumine suo in territorio de Materno *segue la descrizione delle pezze di terra coi confini e con le solite formole.*

Anno domini millesimo tercentesimo quadragesimo septimo. indictione quarta decima.

Ego Bertolinus filius pauli de boxettis notarius — Omissis —

LXXII.

1347 — 27 GENNAIO

Investitura di una casa posta in Bogliaco.

Inedito 2).

In Christi nomine die vigesimo septimo Januarii. In Gargnano in villa di boyaco. In territorio heredum quondam benevenuti... ecc... et paganino quondam dothi petrobono quondam thomasini... ecc... omnibus

1) Archivio dei Benedettini presso l'Ospit. Magg. cassetta O n. 10.

2) Archivio idem cassetta O n. 12 ed il n. 13 e un'altra Investitura simile.

de Boyaco. ibi dominus Abbas de-Castello nomine monasterii s. heuphemie.... *ecc.*.... investivit suprascriptum Franceschinum filium Johannis mezovete de Boyaco et Gargnano nominatim de una domo copata jacente in dicta villa de Boyaco cui coheret *ecc. ecc. come sopra.*

Anno millesimo tercentesimo quadringentesimo septimo. indict. quarta decima Ego Bertolinus filius de boxettis de tuscolo notarius affuj et Rog. hac carta scripsi.

LXXIII.

1348 — 4 GENNAIO

Benadusi di Riviera, ottiene il rimpatrio.

Inedito 1).

In Rogatis

Cum pro parte Benaduxij quondam fachinini de Riperia Brix. exponetur quod iam 4 annis cum dimidio vel circa stetit confinatus in serravalle juxta mandatum sibi factum per Nob. virum quondam Nicolaum Barbaro tunc Potestatem Riperia et quod tunc nunquam potuit eam et quatenus bonum statum Riperie effectat cum honore et fidelitate nostro Ducali Dominio et propter ea supplicavit ut dignaremur ipsum a confinibus predictis absolvere itaque repatriare valeat, et Potestas et homines Riperie de hoc videantur satis contenti, capta fuit pars quod scribatur Potestati Riperie quod nostro consilio et voluntate usum Riperia faciat super petizione istius Beneduxij id quod pro bono statu Riperie sic utilius apparebit.

1) Raccolta nob. Clemente Di-Rosa, Miscell. Varior. vol. XI. fol. 19 v.

LXXIV.

1348 — 13 GENNAIO

*La Repubblica rimette al Podestà della Riviera
una petizione di rimpatrio per due minori.*

Inedito 1).

In Rogatis

Cum Jacobinus et Benevenutus fil. quondam Avondini de Gargnano supplicaverint quatenus cum dictus procurator eorum fuerit confinatus cum omnibus ejus filiis per Dom. Marcum Dandulo tunc Potest. Riperie et condonato modo in dictus et stando in confini- bus obierijt cum pluribus et filiis ejus nec remanserit nisi ipsi duo minoris qui tempore contumacie dicti eorum fratres erant etatis, unius annorum 9 et alter annorum 7 dignaremur eisdem cumpatiri et misereri benigne et repatriare possint et Potestas Riperie cui missa fuit petitio responderit quod ipsi pueri in nulla culpa fuerint et quod filius non debet ferre patris iniquitatem et quod possit partito in Consilio Riperie videlicet maiori parti dicti consilii quod ipsi repatriari possint et sic etiam consulit potestas.

Vadit pars sicut altera in simili casu facta est quod rescribatur domino Potestati quod in dicto facto facendi repatriare fratres predicti sumus contenti, et placet nobis quid quid ei ex dicto Consilio Comunitatis videretur melius pro bono statu eorum.

1) Raccolta nob. Cl. Di-Rosa I. c. fol. 20.

LXXV.

1348 — 26 GENNAIO

Paolo Rozelli, ottiene il rimpatrio, condizionato.

Inedito 1).

In Rogatis

Cum Paulus de Roxellis Riperie Brixiens. Lacus Garde fidelis nostr. ut asserit, steterit et observaverit confines siti datos alias per Rectorem nostrum Riperia iani 4 anni ellipsis et nunc supplicat nostro Dominio pro obtinenda gratia repatriandi et presens Potestas convocato Consilio et inde rescripsent nobis quod de LX2 personis qui interfuerunt dicto Consilio captum fuit p. LII ballot, eorum existentibus 13 in oppositione quod dictus Paulus coram nobis finem et remissionem faciat de omnibus his que sibi restitui petit in Communitate dicte Riperie de certis damnis sibi illatis et post modum cum nostro beneplacito Domum revertatur perstando tamen idoneam securitatem de parendo et stando mandatis nostris, et Rectorum nostrorum Riperie, capta fuit pars, examinata conditione facti, quem facta per dominum Paulum coram nobis remissione et fine predicto a consinibus libertatem ita quod redire domum possit cum conditionibus omnibus captis in Consilio de Riperia.

1) Raccolta nob. Cl. Di-Rosa I. c. fol. 20.

LXXVI.

1348 — 11 AGOSTO

La Republica decreta l' invio d' un Ambasciatore a Milano per gli affari di Riviera, e un ringraziamento a Mastino della Scala per beni restituiti.

Inedito 1).

In Rogatis

Quod pro istis Novitatibus que fieri et facte videntur hominibus Riperie Brixie per Potestatem Brixie mittatur unus Ambasciator eligendum per istud Consilium ad Dominos Mediolani ad procurandum quod hee novitates cesserent, et quod si quid in actu factum est reformatum ad procurandum in Riperia istud bonum quod fieri poterit pro bono statu dicta Riperie et regretiatur Domino Mastino de eo quod fecit super restitutione bonorum hominum de Riperia cum illa commissione et verbis circa hec que Dominio videbantur pro bono hominum Riperie supradicte. In dicto libro 24. c. 92.

LXXVII.

1348 — 15 AGOSTO

Conferma del Decreto.

Inedito 2).

I'ropter novitates factas per Potestatem Brixie hominibus Riperie Brixie, mittatur unus Ambaxator ad Dom. Mediolani.

1) Raccolta nob. Cl. Di-Rosa, I. c. fol. 16.

2) Registro 24 carte 91. Senato Misti luogo cit.

LXXVIII.

1348 — 19 SETTEMBRE

Pederzolo di Salò, esiliato, ottiene grazia.

Inedito 1).

In Rogatis

Quod scribatur Potestati et Comuni Riperie Brixensis petitionem Petersoli quondam Stefanini ser de Salodio olim confinati per Nicolaum Barbaro Potestatem dicte Riperie quod intellectis litteris suis respondentibus nobis in facto predicto in quibus dicit quod convocatis hominibus Riperie pium et misericors opus indicat facere gratiam Petersolo predicto, et sumus contenti quod ipse convocatis Consilijs hominum Riperie possint facere gratiam dicto Petersolo, et misericordiam de dicto processu et sic pro bono statu eorum videbitur eis. In dicto libro c. 98.

LXXIX.

1348 — 18 OTTOBRE

*La Repubblica concede alla Riviera che il Rettore
continui per altri due anni.*

Inedito 2).

In Rogatis

Quod acceptetur gratiose petitio illorum de Riperie Brixie qui per suos Ambasciatores, et Sindicos fecerunt nobis supplicari, ut eos rogamus et teneamus dando eis Rectorem, ut fecimus usque nunc,

1) Raccolta nob. Clemente Di-Rosa. Miscell. Varior. Vol. XI fol. 16 verso.

2) Ivi fol. 19.

Cum terminus duorum annorum in breve compleat, et elongetur eis terminus usque ad duos annos post complementum aliorum duorum annorum. In dicto libro c. 101.

LXXX.

1348 — 18 OTTOBRE

*Istruzioni all'Ambasciatore della Repubblica a Milano
risguardanti interessi della Riviera.*

Inedito 1^o.

capta

Quod rescribatur Ambaxatori nostro, qui est mediolani, quod intellectis litteris suis continentibus Responcionem habitam a dominis mediolani super factis sibi commissis illorum de Riperia et intellectis etiam hijs que procuravit et fecit pro obtainenda intentione nostra eius providenciam et sollicitudinem commendamus, Mandantes quatenus exponere debeat dominis prefactis quomodo multum habuimus ad bonum de bona dispositione et voluntate quam in eis reperimus cum per eorum Respcionem ostendant gravari, de damnis factis nostris devotis de Riperia offerentes scribere et mandare officialibus suis brixe, quod se abstineant in posterum ab ipsorum offensis. Verum quia Justicia magnitudinis sue, pro honore eorum debet velle quod ipsis de Riperia, quibus ut manifeste cognoscere petuerunt damna predicta iniuste et indebite sunt illate fiat debita satisfactio eisdem Roget et procuret apud dictos dominos quam efficaciter poterit, quod emenda et Reffectio damnorum huiusmodi fiat integraliter ut est iustum, ad quam obtainendam instet ipse Ambaxator quantum poterit, Et si forte satisfacionem totalem ipsorum obtainere non posset procuret quod satisfaciat de ipsis damnis illa et quam maiori pars poterit, procurando

1) Reg. 24 carta 98 Venet. Misti l. c.

penes dictos dominos, quod taliter regulent et admoneant subditos eorum quod offensiones similes ipsorum de Riperia non incurant.

capta

Super Responsione facta per predictos dominos ad factum Episcopi Brixensis qui dicunt nolle se de hoc intromittere in preiudicium Ecclesie Respondeatur dicto Ambaxatori quod attendentes quam benivole et curialiter Episcopi qui fuerunt pro tempora se habuerunt erga dictos de Riperia absque ulla molestia novitatis conveniens et honestum putamus, quod ipse Episcopus eciam cum eis amabiliter pertranseat quod maxime pro nostro intuitu sperabamus et speramus fieri debere per ipsum Dominum Episcopum et sperabamus eciam quod nostris precibus et amore ipsi domini de hoc, ipsi domino Episcopo persuadere debuissent cum ex inde nullum preiudicium patetur Ecclesie si episcopus ipse super hijs pertranseat sine novitate sicut fecerunt predecessores eius, ut superius dictum est. Et quia diligimus pacificum et bonum statum illorum de riperia, volumus quod tam apud dictos dominos quam apud ipsum Episcopum. Ipse ambaxator debeat procurare instanter, quod processus facti per ipsum totaliter revocentur, et quod novitas quelibet reformatur, ita quod dicti de Riperia possint vivere in eius gratia et amore sicut antea faciebant, quod ad speciale nobis servicium reputabimus. Et si forte non posset obtinere totalem revocationem processuum obtineat saltem quod suspensio eorum fiat ad quam maiorem terminum fieri poterit, faciendo eciam hoc id boni quod poterit cum reservatione honoris nostri.

LXXXI.

1348 — 18 OTTOBRE

Seguito di altre istruzioni all'Ambasciatore residente a Milano per altre quistioni risguardanti la Riviera, ed accettazione di una supplica della medesima.

Inedito 1).

capta

Et scribatur potestati et Comuui Riperie mittendo eis exemplum litterarum, quas a nostro Ambaxatore recepimus super factis suis et exemplum litterarum quas mittimus dicto Abaxatori pro dicto facto, informando eos quod si quid viderent posse fieri cum honore nostro pro bono eorum rescribant nobis ut possimus debite providere.

capta

Quod secundum consilium provisorum nostrorum communis qui examinarunt litteras nostri Ambaxatoris mediolani. Rescribatur dicto Ambaxatori nostro recommendando operam suam et studium, quod habuit in faciendo relaxare bollas in mediolano arrestatas ante adventum suum. Et quod debeat dominis mediolani exponere et narrare maximam benivolenciam et amorem qui viguit inter predecessores suos et nostros et ipsos et nos quibus consideratis magnam fiduciam semper gessimus, et gerimus in eisdem et hoc monstravimus in casu presenti recencionis bollarum, quia posito quod esset retenta maxima copia bollarum nostrorum, in mediolano nos confidentes in sua benivolencia et caritate, nunquam curavimus ordinare nostralibus quod bollas suas inde transire non facerent immo quotidie et successive applicuerunt bolle nostrorum, cum plena fide et securitate recipiendi ab ipsis dominis omnem gratiam et favorem. Et propterea ipsos instanter Roget pro nostra parte, quatenus pro conservatione et augu-

11 Reg. 24 carta 100, Senato Misti l. c.

mento amoris hinc inde, placeat eis, restituentes bollas, et que venirent decetero que non debent habere deteriorem condicionem prioribus, sed pocius meliorem occationem supradictis, facere benivole expediri cum sumus parati, tam super preteritis quam super futuris in omnibus sic plenarie concordare et componere cum dominis antedictis quod cedet ad bonum et ad honorem utriusque partis, Et cum hijs et alis verbis procuret ipse Ambaxator expedicionem ipsarum bollarum, Et si poterit obtainere intentionem nostram tam in facto premissor quam in facto illorum de Riperia sibi commisso Revertatur Venecias, sin autem rescribat nostrum expectans mandatum.

LXXXII.

1348 — 2 NOVEMBRE

Concessione di rimpatrio a Diolai de Pestiperio della Riviera Bresciana, al tempo di Ser Nicolò Barbaro Podestà della stessa Riviera, colle formole consuete.

Inedito 1).

LXXXIII.

1348 — 8 DICEMBRE

Proposta circa un reclamo del Vescovo di Brescia.

Inedito 2).

In Rogatis

Cum Episcopus Brixie per suas Litteras requisiverit Potestatem et homines Riperie, quod bona confiscata in Commune Riperie que fuerunt Clerici justificati per sententiam Ser Andree Lauredano olim Potestatis Riperie restitui faciant Heredibus dicti quondam Clerici, et

1) Raccolta nob. Di-Rosa Miscell. varior. Vol. XI f. 19.

2) Ivi fol. 19.

Potestatis et Homines Riperie scripserunt, quod hoc.... respondere debere cum bono Riperie et consulunt quod id fiat. Vedit pars cum etiam Ser Andree Lauredano id etiam vadeat, quod rescribatur Potestati Riperie, quod sumus contenti, quod super restitutione dictorum bonorum possit cum Consilio Communitatis Riperie providere et facere sicuti pro bono statu Riperie eis melius apparebit.

LXXXIV.

1349 —

Concessione di giurisdizione alla città di Brescia sopra il suo territorio eccettuate Valcamonica e Riviera.

Inedito 1).

Reperitur in Privilegio 1349 Magn. D. Bernabovis de Vice Comitibus olim D. Brixie, Capitulum tenoris infrascripti, videlicet: Quod omnes Terre, Ville, Loca et Castra districtus Brixie et eius Diocesis de cetero, et in perpetuum subjaceant Civitati nostre Brixie tam in Civilibus quam in Criminalibus et mixtis causis, et quod onerum quorūcumque tam realium quam personalium supportationem ab hoc tamen nostro exceptuantes Terras et Loca Jurisdictionis Vallis Camonicae et Riperie Lacus Garde contra qua nullam volumus fieri novitatem.

1). Commemoriali IV. c. 148 (153).

LXXXV.

1349 — 1 MAGGIO.

Relazione intorno a trattative coll'Arcivescovo di Milano.

Inedito 1).

In Rogatis

Quod scribatur Potestati e Communitati Riperie benevola responsio, et grata oblatio quam fecit Dominus Archiepiscopus Mediolanensis Ambaxatoribus nostris in factis suis et quod alias suasimus eis pro eorum conservatione, et bono quod conventiones quam habent cum Brixiensibus plene attendentes servarent, et sic eos efficacius admoremus et hortamur quod per ante mentem et curam cum communi attentione quod Banniti Bixiensi et aliarum penarum. Domini Archiepiscopi non receptentur in locis eorum ita quod non detur dicto Archiepiscopo alia quam bona in dicto libro 25 c. 1.

LXXXVI.

1349 — 14 MAGGIO

Grazia d'esilio a Marchesini detto Regolato.

Inedito 2).

In Rogatis

Cum pro parte Marchesini dicti Regolatus de Riperia Brix. exponatur quem cum tempore Virorum Nobil. Marci Dandulo occasione novitatum occursarum subtus Gardon et Petri Baduario Potestatem et Rectorem Riperiae fuit clamatus comparendum personaliter coram dictis Rectoribus pro defensione facienda, et ipse timere aliquorum adherentium eum non fuerit ausus comparere, et propterea fuit per ipsos Rectores perpetuo bannitus de dicta Riperia, et ideo supplicaverit

1) Raccolta Rosa Misc. cit. f. 23. verso.

2) Ivi fol. 24.

nobis quatenus atenta sua debita conditione dignaremur *lei facere* gratiam quod posset repatriare, et Potestas et homines Riperiae vi-deantur de hoc esse contenti. Capta fuit pars quod rescribatur dicto Potestati sicut alias in causa simili factum est, quod in dicto facto faciendi repatriare dict. Marchesinum sumus contenti, et placet nobis quidquid eis et dicto consilio ipsius comunitatis videtur melius pro bono statu eorum.

LXXXVII.

1349 — 5 AGOSTO

Il Podestà della Riviera spedisce alla Repubblica copia delle Sentenze di condanna.

Inedito 1.

Exemplum quarundam litterarum missarum ducali dominio per ser Marcum Mauroceno potestatem Riperie Lacus garde.

Excellentissime Domine sui, pro ut alias captum fuit per consilium Comunitatis Riperie, ut omnes condemnaciones capitales que reperirentur in libris potestatum a tempore citra quo prefata comunitas subiecit se dominacioni Venetiarum exemplarentur et per presentem ambaxatorem dominationi vestre transmitterentur, adhuc solummodo finem determinatum, ut signi banniti ad prefatam celsitudinem gratiam postulantes accedant, cum per eosdem veritas non exponatur ut iacet, eorum culpe in prefatis exemplis, condemnaciones appareant manifeste, quarum omnium exemplum Iusta formam dicte reformationis transmiso nemine cancelatum in horiginalibus cancellando, cum etiam in principalibus libris reperui cancellatos quam plurimos a celsitudine vestra nunc gratias in eisdem noviter impen-trantes hec in unquam scribere non posponi licet et presentium portatores fuerint in exponendis informati ut in hiis et alijs disponat pro ut libet. Date Materni die quinto Augusti. Secundo Indictionis.

1). Archivio secreto di Venezia, Commemorали IV, c. 148 (153).

LXXXVIII.

1349 — 18 SETTEMBRE

Istruzioni al Podestà Marco Dandolo.

Inedito 1).

In Rogatis

Quod rescribatur Marco Dandulo Potestati Riperie quod intelleximus litteras suas de datiis impositis de nova in Riperia, de quibus sunt *conquesti* (?) homines Brixie sicuti continet in ambasciatis earum quas nobis miserunt. Quibus intellectis miramur de novitate per eos facta in ipsis datiis, nam non erat tempus faciendi novitatem sed pertransire cum omnibus suis circumvicinis quiete et amabiliter, et si volebant hoc facere debebant ad nos mittere pro sciendo beneplacitum nostrum, et hoc debebant facere antequam facerent novitatem de ipsis datiis, sed contrarium ipsi facerent, quod revocari, et pertranseant cum vicinis in amore et quiete sine novitate habendo semper bonam custodiam de locis riperie atq. curam.

LXXXIX.

1349 — 9 NOVEMBRE

*Invio di un Nunzio ai Signori di Milano e al Comune di Brescia
per reclamare per attentati contro la Riviera.*

Inedito 2).

In Rogatis

Ex nunc sit captum quod mittatur unus Nontius ad dominos mediolani et ad Commune Brixie, cui commitatur, quod exponat de gravibus attentatis contra statum quietum Riperie per duos Brixienes, et rogando eis quod faciant a talibus effettualiter abstinere ,

1) Raccolta Odorici Cod. 61.

2) Archivio di Salò.

recomandando dictis Dominis et Communi Riperiam istam et Statum ejus, ostendendo quod de Statu tranquillo ipsius Riperie gaudeamus, et quod moleste nos turbarent cum illis verbis que Dominis Consiliariis et Capitibus videbuntur.

Nella Raccolta del Nob. Clemente Di-Rosa (Miscell. Varior. Vol. XI) vi sono le seguenti concessioni di rimpatrio di banditi, tutte presso a poco coll' istesse formole, onde crediamo sufficiente di riportare la data di esse ed i nomi dei Banditi.

- 1349 6 Febbraio. Gavazzola de Gargnano.
- » 14 Maggio. Marchelinus dictus Tegnelinus de Salodo.
- » 11 Giugno. Franceschinus quondam Dominici de Gargnano
Rip. Brix.
- » 13 Luglio. Paulus quondam Buratti de Salodo district. Riper.
Brix.
- » 10 Agosto. Joannes fil. Petri de Monega de Riperia (*nella copia di Venezia è al 4 di Agosto.*)
- » 10 Agosto. Franceschinus quondam Botturini de Richebono:
pro Joanne Marco et Benedicto fratribus quon-
dam D. Federici de Salodio: pro Joanne quon-
dam D. Martini de Medicis: pro Gratiano de
Desenzano de Riperia (*nella copia di Venezia è al 4, e colle varianti — Franceschino Betyramini e Graciano de Segnano.*)
- » 11 Ottobre. Thonellus notarius. Nicolinus Tuschani et multi
alii scripti de Riperia possint repatriare.

LXXXX.

1350 — 1 APRILE

*Istruzioni al Podestà della Riviera circa i banditi
e agli Ambasciatori che si recano a Roma.*

Inedito 1).

Cum Pottas Riperie scripsit quod sunt multi banniti de ipsa Riperia pro condemnationibus pecuniaris, qui non habentes unde solvere mendicant p. mundum, et quod ob dffectum Gentium, qui est propter mortalitatem extimaret fare bonum quod hujusmodi Bannitis possit fieri gratia solvendi dictas condemnationes p. terminos ut homines reddirent in Patriam suam.

Vadit pars quod respondeatur dicto Potti quod sumus contenti quod si videbitur maiori parte Consilij Comunitatis de faciendo aliquam gratiam predictis condemnatis possint hoc facere, ita tamen quod nunquam ponatur, nec poni ad Consilium de faciendo prefatas gratias nisi prius Pottas examinaverit processum et causas condemnationis, et si ei videbitur quod gratiam sit fiendam, tunc ponatur ad Consilium, et si ei non videbitur non procedat, et hoc duret per tempus Regiminis hujus Pottis.

Preterea ob merita laudabilis dispositionis quam invenimus in hominimus Riperie ad nostros honores committimus Ambasciatoribus nostris ituris ad Romanam Curiam, quod in via sua recomendet Dominio Mastino et Domino Arciepiscopo Mediolani dictos de Riperia et statum eorum sicut pro honore nostro, et bono ipsorum de Riperia viderint convenire.

1) Arch. di Salò.

LXXXI.

1350 — 2 APRILE

*Sentenza in favore della Pieve di Salò
contro il Comune di Volciano.*

Inedito 1).

In Christi nomine amen. Anno ejusdem nativitatis Millo trecentesimo quinquagesimo Ind. III II mensis Aprilis. In pallatio Materni habitationis infrascripti domini potestatis, presentibus testibus nobile et sapientie viro Domino Marco Bembo *honorifico* potestati Riperie Brixie lacus garde, Francesco Avancini dicto tonso de Materno, Paullo de Buxellis notar. de Tuscolano, Franceschino Beretta notar. de Tuscolano, Franceschino quondam m. Valdini de Gardono, petro Jacobini de Scovolo notarijs etc.

Joaninus dictus Buxarolus de Vasanis de Salodio, et petrus quondam Ramboici de Salodio Sindici et sindacario nomine Reverendi domini presbiteri Jacobi Arcipresbiteri presbiterorum confratrum clericorum et Capituli plebis, et Ecclesie Domine S. Marie de Salodio Dioc. Brixie, et etiam Sindici et sindacario nomine communis et hominum de Salodio habentis plenum mandatum ut constat publ. Instr. exinde rogatis.... per Calsonum de Calsonibus de Salodio notar.... ex una parte et Nicolinus quondam Pellini *Coraie* de Vulzano, et Gerardinus quondam Boni Blavadini de Agnano de Vulzano sindici et sindacario nomine communis et hominum de Vulzano habentes plenum mandatum ut constat per pub. instr. rogato per Petrum notarum quondam Jacobini Maphei de Cisano de Scovolo c. Compromiserunt, et compromittunt se se.... in reverendum virum Dominum fratrem Michaelem prepositum Ecclesiarum Sancti Eustachij de Clausuris et Sancti Dominici de Tuscolano Diocesis Brixie licet absente, tanquam in arbitrum arbitrantes Millesimo

indictione et die predictis = In Domibus Ecclesie s. Dominici de Tusculano Brixensi Diocesis, presen. etc. Rev. vir dominus frater Michael prepositus antedictus arbiter etc. stabilisce il termine di dieci giorni alla decisione delle controversie fra Volciano e Salò.

Millesimo et indictione predictis, die XXVI Maij in domibus Ecclesie S. Dominici de Tusculano in camera suprascripti domini prepositi presentibus sapiente viro D. Joanne de Lane Judice et vicario nobilis et sapientis viri domini Marci Bembo honorabili potestatis Riperie Brixie lacus Garde Paulo Bembo filio dicti domini potestatis, fratre Bertolino de Conzilio Monaco S. Dominici predicti, Rodulpho de ferraria stipendiario comunitatis predicte, et aliis testibus etc. frate Michele di consenso delle parti proroga la decisione a tutto il mese di Giugno.

In Christi nomine amen. Nos frater Michel,... arbitrator.... electus per Petrum Rambici et Johaninum dictum Buxorolum de Vasanis de Salodio sindicos et procuratores domini Jacobi de Zijns Archipresbiter plebis S. Marie de Salodo, presbiteri Petri de Scovolo, presbiter, Delaidi de Tusculano, presbiterorum Vanelli de Cathaneis, Michelini, Franzini, Botese et Franchini quondam Zani clericorum confratrum et capituli plebis predicte, ac etiam sindacos et procuratores communis de Salodio ex una parte et Bernardinum quondam Boni Blavadini de Agnano , et Nicolinum quondam Bertolini de Monteclaro ambos de Vulzano sindicos et procuratores communis et hominum de Vulzano.... ex altera. Per quos sindicos facte fuerunt petitiones infra scripte videlicet.

Pro parte Archipresbiteri... plebis de Salodio, hec petitio.... Quod dictum comune et homines de Vulzano teneant facere expensas pro quarta parte de campanis.... et similiter.... pro quarta parte campanilis ipsius plebis, et quartam partem expensarum crucis, calicis et turribuli et quod dictum comune et homines de Vulzano de jure canonico et civili tenentur,... dare quartam partem decime et juris decimandi terre et territorij de Vulzano et bonorum et rerum ipsius terre et territorij sub cuius plebatu sunt. Quare petitur

quod compellatis . . . dictum Comune et homines de Vulzano ad dandum et solvendum eidem D. Archipresbitero.... sexcentas viginti quinque libras planet pro parte eidem plebi pertinente de dicta decima pro vigintiquinque annis elapsis ad rationem vigintiquinque libras planet pro quelibet anno, et etiam quod ministret et faciat expensas pro quarta parte oportunas.... ad campanile, campanas, calicem, turibulum et crucem dicte plebis — Item pro parte dicti communis et hominum de Salodio hec petitio — videlicet quod q. bone memorie D. Berardus Episcopus Brixie investivit dictum comune et homines de Salodio, seu Sindicos ejus recipientes nomine ipsius communis, juris pheudi honorevoli de tertia parte Decime et juris decimationis territorij et totius plebatus Salodij, ut appareat per instrumentum scriptum per Ayroldum de Fontanella not. et scriba Episcopalis Curie Brixie, retractum ex Registro pheudorum Episcopatus Brixie et ex Breviarijs Jacobi Ferrarini notari olim Curie Episcopalis, et quod venerabilis viri D. Guielmus Aglea Decanus decretorum doctor Vicarius generalis D. Jacobi Dei et Apostolice sedis gratia Episcopi Brixie, et Jacobus de Actis de Mulina Canonicus Ecclesie Sancti Pauli.... Sindici et procuratores prefati... D. Jacobi Episcopi Brixie etc.... investiverunt Joaninum quondam Bonaventure de Vasanis, et Joaninum Bonaventure quondam Jani et Bartholomeum quondam Paganini omnes de Salodio sindicos communis et hominum de Salodio, et per eos dictum comune.... p. pheudum honorificum.... de tribus partibus quatuor partium totius terre.... de Salodo.... ut continetur in quodam publico instrumento (6 Ott. 1336)... redacto per Jacobinum Zanelle notar. Die Dominica sexta mensis Octobris millesimo trecentesimo trigesimo sexto Ind. IV et quod Discretus vir D. Bartolomeus de Tonolis de Tusculano Archipresbiter S. Marie de Salodio.... nomine dicte plebis et Capituli ex una parte et Johaninus Joannis Boccafrede, et Tonsera de Vasanis Sindici et Sindicario nomine communis et hominum de Salodio ex altera compromiserunt se in... Dominos Richesum de Seniga Clericum et Canonicum Ecclesie S. Johannis Baptiste de Brixia... et Octobonum de Asula Judicem

tamquam in arbitros... de eo et super eo quod suprascripti Sindici... dicebant quartam partem decimarum de Vulzano.... que spectare et pertinere deberet dicte plebi de Salodio, in cuius plebata est dicta terre et territorium de Vulzano, spectasse et pertinuisse ante Concilium Lateranensem (1215 IV Conc. Lateranense) et ab inde citra, et spectare et pertinere dicto comuni... jure pheudi antiqui a dicta plebe et de eo et super eo, quod dictus D. presb. Bartholomeus negabat dictam quartam partem decime spectare dicto Comuni de Salodio, modo quo supra, dixerunt dicti de Salodio: qui suprascripti sapientes (Richesio et Ottobono) dixerunt.... quod dicta quarta pars decime terre et territorij de Vulzano, que spectare deberat dicte plebi S. Marie de Salodio in cuius plebata est dicta terra de Vulzano, spectavit et pertinuit dicto comuni.... de Salodio jure pheudi antiqui et honorevoli ante Concilium Lateranensem a dicta plebe de Salodio et alium citra, et ipsa quarta pars dicte decime spectare et pertinere debeat in perpetuum dicto Comuni de Salodo... et quod dictus Archipresbiter.... debeat investire de novo dictos Sindicatos communis de Salodio jure dicti pheudi... de dicta quarta parte dicte decime.... de Vulzano: Et qui D. presb. Bartolomeus Arch.... investivit.... dictos sindicos dicti communis Recipientes nomine et vire dicti communis.... de dicta quarta parte dicte X dicte terre et territorij de Vulzano. Quod quidem compromissum et sententia arbitralis et investitura approbate fuerunt per Reverendum patrem D. Lambertinum Dei gratia Episcopum Brixie ut appareat per pub. Instr. scriptum p. Gregorium de fontanella not.... die IV Feb. mill.... trecentesimi quadraginti sexti Ind. XIV. Et quod Consules.... et hominus dicte terre de Salodio approbaverunt dictum compromissum.... et etiam investituram factam ut supra, et hoc appareat per Inst. scriptum per Calsonum de Calsonibus de Salodio not. die XIV mensis Februari MCCCXLVI Ind. XIX.... Per que et alia petitur ut vos d. frater Michael.... velitis compellere et condemnare.... dictum Comune de Vulzano ad dandum et solvendum dicti Communis et hominibus de Salodio duomilla septingentas libras planet pro comuni et

juxta estimatione partis pertinentis tertie partis dicte decime a tempore dicte investiture facte per suprascriptum q. Dominum Berardum Episc. Brixie in suprascriptos comune et homines de Salodio ... quod fuit in millesimo ducentesimo octuagesimo usque ad millesimum trecentesimum trigesimum sextum ad rationem quinquaginta libras planet per quolibet anno, et hoc in una parte et triamillia libras planet pro comuni et juxta extimatione partis pertinentis tribus partibus quatuor partium dicte decime dicte terre et territorij de Vulzano, a tempore dicte investiture facte per suprascriptos dom. Guiellum Aglegiens Vicarius ut supra et Jacobum de Actis Sindicos et procuratores supr. Rev. in Xristo patris D. Jacobi Ep. Brixie quod fuit in millo trecentesimo trigesimo sexto usque in millesimo trecentesimo quadragesimo sexto ad rationem trecentorum librarum per quolibet anno, et hoc in una alia parte, et mille ducentorum librarum planet pro toto decime dicte terra de Vulzano spectanti dicto comuni de Salodio secundum formam suprascripte investiture facte in dicto comune per supr. D. Guiellum et Jacobum de tribus partibus dicte decime terre de Vulzano , et secundum formana dicte investitura facte in millimo trecentesimo quadragesimo sexto per suprascriptum D. presb. Bartolomeum Archipresbiterum ... de reliqua parte dicte decime.

Item pro parte dicti communis et hominum de Vulzano hec petitio = Petunt Nicolaus quandam Pollini de Morellinis et Gerardinus quandam Boni de Agnano predicti de Vulzano et tanquam sindicos Quod omnes possessiones existentes in terra et territorio de Vulzano hominum de Salodio et aliunde tenentur et decimari debent pro comune et homines dicte terre de Vulzano tamquam per homines feudatos decimis dicti territori per D. Episc. Brixie, ut in cortis suis continetur ac etiam per acquisitionem per dictum Comune factam a Chataneis de Salò hoc petunt:

Visis etc.... et habitis.... consilio et deliberatione cum sap. viro D. Joanne de Lana jurisp. vicario nob. domini Marci Bembo hon. patti Riperie nominati in consultore per dictum dnum

potestatem . . . presentibus prefato domino Archipresbitero Gherardino quondam Boni Sindico communis . . . de Vulzano et Gherardino de Zijs Sindico communis et hominum de Salodio, ac confratrum et Capituli dicte plebis. Christi nomine invocato. . . . sedentes pro tribunali in Ecclesia S. Andree de Materno . . . Absolvimus predictos . . . Sindicos . . . communis et hominum de Salodio et per ipsos Comune et homines de Salodio a petitione suprascripta porrecta et facta pro parte Comunis et hominum de Vulzano . . . super contentis in ipsa petitione perpetuum silentium imponentes et eodem modo absolvimus predictos . . . sindicos et procuratores communis et hominum de Vulzano a petitione predicta et facta pro parte Comunis et hominum de Salodio. . . . Predictos vero comune et homines de Vulzano . . . condemnamus . . . quod de cetero . . . solvere subire et prestare debeant predicto D. Archipr. Ecclesie S. Marie de Salodio ipsique plebi et ecclesie quartam partem expensarum quelibet fiendarum de cetero pro campanis et occasione campanarum solitarum esse ad ipsam plebem, et etiam quartam partem expensarum quomolibet fiendarum pro campanili, cruce, calice et turibulo . . . ipsius plebis. . . . Et quod etiam solvant . . . plebi et ecclesie predictis quartam partem decimatarum terre de Vulzano pro quarta parte . . . decernimus . . . quod presati homines . . . de Vulzano quolibet anno p. totum mensem Januari dare et solvere debeant . . . plebi predicte libras decem planet. Et quod per quibusquam decimis . . . et expensis factis occax. campanili campanarum crucis, calicis et Turribuli ab hodierna die retro, predicti homines . . . de Vulzano dare et solvere debeant pred. dominis Archipresbitero presbiteris et Capitulo Sancte Marie de Salodio usque per totum mensem Julii proxime venturi librarium vigintiquinque planet.

Lata et pronuntiata . . . per prefatum dominum prepositum arbitratorem predictum sedentem in Ecclesia predicta Sancti Andree de Materno, presentibus dictis partibus et presentibus testibus Jacobelli correrio de Venetia, socio dni potestatis predicti Joannino Benasuti de Faxano . . . paulo Buxellis de Tuscolano . . . et Jacobino Richettini de Materno notarijs, et scripta et publicata per me Vandinum notarum

infrascriptum anno domini nativitatis millimo trecentesimo quinquagesimo inductione tertia die ultimo mensis Junij.

Millesimo et inductione predictis die nono mensis Julij in sala palatij de Materno coram d. Marco Bembo hon. potestate Riperie Brixie Lacus Garde; presentibus d. Joane de Lana de Regio Judice et vicario prefatis domini potestatis, Joanino de Seriano notaro etc....
I sindaci di Salò confermano la soprascritta sentenza in uno coi sindaci e procuratori di Volciano.

LXXXII.

1350 — 1. LUGLIO

*Invio all' Arcivescovo di Milano di Ambasciatori
nell' interesse della Riviera.*

Inedito 1).

In Rogatis

Quod pro procuranda apud D. Archiepiscopum Mediolani quod removeat se a requisitione facta p. ipsum de non impediendo nos de factis Riperie, et quod ipsa Riperia remaneat in statu solito. Mittantur duo solemnes Ambasciatori ad predictum D. Archiepiscopum cum illa commissione circa hoc juxta partem V sapientes V3 q. Justiniano Justiniani et soc. q. videbitur D. D. Consiliarijs et capitibus ac sap. vel maiori parte eorum.

1) Arch. di Salò.

LXXXIII.

1350 — 13 LUGLIO

*Mastino della Scala si scusa verso la Repubblica di Venezia
di fatti attribuitigli circa lo stato della Riviera.*

Inedito 1).

Illustri et magnifico domino domino Andree Dandulo Veneciarum
Dalmatie atque Chroatie Inclito duci, nec non domino quarte partis
et dimidie tocius Imperii Romani. Mastinus de la scala cum recom-
mendacione se ipsum. Intelleximus quod magnificentie Vestre falso
suggestum est, quod nos suaserimus domino Archiepiscopo Mediolani
cum quod induxerimus ad requirendum a vobis et dominio Veneciarum
Riperiam Brixensem. Quare significamus Ducali Excellentie
Vestre per litteras presentes ut eas quibuscumque volueritis ostendere
valeatis quod de huiusmodi negocio quicquam non sensimus tempo-
ribus vite nostre, et quod qui hoc dicit falsum loquitur et recedit
ab omni tramite veritatis et noverit dominacio vestra quod idem
dominus Archiepiscopus a nobis se cavit dum requisitionem a vobis
facere proposuit supradictam. Et ultra hoc deducimus ad noticiam
vestram quod quando ligam fecimus cum dominis Lombardie quia
vestri eramus et sumus amici primo et ante omnia vos exceptavimus
et Comune vestrum et eadem ratione quia vestri sumus amici, cum
ad aures nostras pervenit quod guerra oriebatur inter vos et Januenses
continue explorari fecimus si procedebat guerra ipsa qui proposue-
ramus et proposuimus si procedet nos et que in nostra possibilitate
consistunt offerre cum effectu ad vestra obsequia et honores nec
distulimus oblacionem facere nisi quia rei certitudinem expectabamus.

Date Verone die XIII. Julij.

1) Archivio di Venezia, Comm. IV., n. 350, c. 171 t. (176).

LXXXIV.

1353 — 12 GENNAJO

*Compromesso e sentenza arbitrale in favore della Pieve di Salò
contro il Comune di Volciano.*

Inedito 1).

In Christi nomine. Anno dni millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio Indic. VI die XII Mensis Januarii. In civitate Brixie, in concistoro Episcopatus Brixie ubi Jura redduntur ad Bancum officij Vicariatus Dni Episcopi Brixie presentibus presb. Gervasio de Albregonibus de Rudiano prep. S. Marie de Gusago, duo Antoniolo de Vicedomino canonico Brixie etc.... test.... rogat.... Ibi dnus presbyter petrus de Scovolo presbiter Ecclesie S. Marie de Salodio Brixien: Diocesis Sindicus.... et procurator et procuratio nomine dicte plebis S. Marie de Salodio, et Archipresbiteri et Canonicorum et Capituli plebis predicte.... Et Johanninus q. Johannis Bocche frigide et Calsonus de Calsonibus ambo de Salodio Sindici et procuratores.... communis et hominum de Salodio.... pro parte una, et Contrinus q. Blavadini de Agnauo de Vulzano, et Martinus q. Belotti de villa de Vulzano Sindici et procuratores.... communis et hominum de Vulzano dicte dioc. Brix. de quibus Sindacatu et procura constat public. Instr. rogat. et scripto per Dominicum filium Bertoni de Gazanis de Vulzano notario.... parte altera. Constituiti coram presentiam R. viri D. Bertrami de Malcalzatis *de mediolano* Juris Canonici periti Capellani Ecclesie Sancte Valerie de Mediolano et Canonici S. Bartolomei de Mediolano ac Vicario ven. in Christo patris et Dni Dni Bernardi Dei Gratia Ep. Brixie etc. sedentis pro tribunali ad bancum dicti sui officij.... maxime occasione quarte partis decimarum terre et territorij de Vulzano, quas dicebat dictus sindicus dicte plebis spectare et pertinere dicte plebis, tam per temporibus quam per futuris

1^a Raccolta Odorici.

et occassione fructuum directe decime retente pro temporibus preteritis, que omnia dicebat dictus sindicus posse petere dicto comuni de Vulzano que omnia negabant dicti sindici dicti Comunis de Vulzano asserentes dictam quartam partem dicte decime nullo modo spectare dicte plebis sed spectare dicto comune de Vulzano ex justis titulis, quod negabat dictus sindacus dicte plebis, et etiam causa et occasione ad dictam plebem ecclesie S. Marie de Salodio posite in dicta terra de Salodio et etiam ad ecclesiam sancti Johannis Baptiste de Salodio, posite in dicta terra de Salodio, prope dictam ecclesiam S. Marie, et causa expensarum factarum et fiendarum occasione Campanilis campanarum, crucis calicis et turibuli et pro campanili cruce campanis calice et turibulo plebis predicte et qualibet ipsarum expensarum. Ad que omnia dicebat dictus sindacus etiam dicte plebis dictum comune et homines de Vulzano obbligatos esse dicte plebi et capitulo ipsius plebis, maxime p. quarta parte ipsarum expensarum fiendarum in predictis et quolibet predictorum. Quod negabant dicti sindici dicti comunis de Vulzano asserentes . . . se ad predicta . . . non teneri, et etiam causa et occasione florenorum ducentorum auri, ad quos dicebant predicti sindici communis de Vulzano predictam plebem et capitulum dicte plebis teneri et obligatos esse dicti comuni et hominibus de Vulzano, pro multis danariis et aliis rebus dicti communis per ventis ad manus et in utilitatem dicte plebis et capituli. Et hoc in una parte; et in centum libr. planet in una alia parte ad quas dicebant dicti sindici . . . dictam plebem, et capitulum dicte plebis teneri et obligatum esse dicti communis et hominibus de Vulzano pro expensis factis per ipsum comune de Vulzano in litibus et questionibus versis inter ipsam plebem . . . ex una parte, et dictum comune . . . ex altera parte, pro eo maxime quod dicebant dicti sindici communis de Vulzano predictam plebem indebitate vessasse dictum comune et homines de Vulzano. Que omnia negabat dictus Sindicus dicte plebis asserens ipse sindicus dicte plebis in aliquo non teneri dicto comuni de Vulzano, et etiam cause et occasione aliarum trium partium dicte decime terre et territori de Vulzano quas dicebant dicti Sindic

comunis et hominum de Salodio dicto Comuni de Salodio spectare et pertinere tanquam investito legitime de dictis decimis ab Episcopatu Brixie, et ipse decime posse exigere ab hominibus communis de Vulzano et etiam occasione dictarum trium partium decimarum terrarum et possessionum hominum de Vulzano sitorum sup. territorio de Salodio, ad quas dicebant dicti sindici communis de Salodio homines de Vulzano habentes dictas possessiones obbligatos esse ad solvendum dicto comuni de Salodio Que omnia negabant dicti Sindici de Vulzano tanquam comuni investiti ab Episcopo et Episcopatu Brixie legitime et solemniter de dictis tribus partibus.... Et per consequentes etiam teneri et obbligatos esse omnes et singulas personas terre et territorij de Salodio habentes possessiones sup. dicto Territorio de Vulzano ad solvendum dictas tres partes dictarum decimarum dicto comuni et hom. de Vulzano Que omnia negabant dicti sindici communis de Salodio asserentes dictas decimas non spectare.... dicto comuni de Vulzano, et etiam causa et occasione cuiusdam sententie arbitralis tale interdicto Comune de Salodio et dictam plebem ex una parte et dictum comune de Vulzano ex altera per Rev. virum fratrem Michaelem prepositum Ecclesiarum Sanctorum Eustachijs de Clausuris Brixie et Dominici de Tuscolano, Rogat. et script. p. Sondrinum q. hali de Furlino not. die ultimo mensis Junij millesimo quinquagesimo Ind. III ibi vise et lecte et contentorum in ipsa sententia.

Et statim post predicta, die suprascripto loco et testibus Nos Petrus de Gastaldis et Bonfadinus de Carzago arbitri et Arbitratores.... electi et absunti in partes suprascriptas sententiamus atque precipimus ut inferius.

Primo liberamus dictos sindicos et per ipsos sindicos dictos Comune Universitatem et homines dicte terre de Vulzano ab omni solutione decimarum terre et territorij de Vulzano, ita et taliter quod dicta Universitas et dicti homines de salodio numquam possint nec debeant impedire nec molestare in judicio nec extra dictam universitatem de Vulzano in dictis decimis,

occasione vel pretestum cuiuscumque investitura que appareret vel vi-
deretur esse facta in dictos comunitatem et homines de salodio p. Dno
Episcopo Brixie.... de dictis decimis ipsius terre et territori de Vul-
zano...., et tam p. tribus partibus de dicte decime pro quarta,
aut etiam causa.... cuiuscumque emptionis, vel alterius acquisitio-
nis seu tituli etc.... sub quibus decimis et earum occasione.... im-
ponimus perpetuum silentium dictis sindicis de Salodio = *Così pure*
si stabilisce che nessun gravame o decima abbiano ad avere que' di Vol-
ciano per beni che possedessero o lavorassero sul tener di Salò, e che gli
uomini di Salò non abbiano a pagar decima alcuna per beni che posse-
dessero o lavorassero sul tener di Volciano = Item dicimus.... atque
precipimus quod dicti Universitas et homines ipsius terre de Vulzano
teneantur.... et obbligati sint.... ad dandum.... quolibet anno
dicte plebis S. Marie de Salodio et Archipresbitero, presbiteris et be-
neficialibus plebis predicte.... decem libras planet pro extimatione
taxationis quarte partis decime terrarum et possessionum quas te-
nent.... dicti homines de Vulzano.... in dictis terra et territorio
de Vulzano, et hoc in festo Epiphanie vel in octava.... et per pre-
teritis decimis absolvimus dictum comune de Vulzano et ejus sin-
dicos.... Item absolvimus et liberamus dictum Capitulum et ple-
bem de Salodio ab illis ducentis florenis aurei in una parte et a dictis
centum libris planet in alia parte quas et quos dictum Comune de Vul-
zano petebat dicte plebi ut in dicto compromisso continetur...: Item
dicimus.... atque precipimus quod dicti univers. comune et homines
de Vulzano teneantur.... et obbligati sint.... ad dandum....
et contribuendum dicte plebi Archipresbitero et confratribus ipsius
plebis.... quartam partem omnium expensarum pro refectione et
reparatione Ecclesiarum S. Marie plebis de Salodio et S. Johannis Ba-
ptiste positarum in dicte terre de Salodio, et pro campanis et cam-
panili calice, cruce et turribulo dicte plebis et tam reficiendis neces-
sario, quam emendis si fuerit opportunum.... Lata, lecta et dicte
sententie arbitralis = Ego Jacobinus de Paitonibus not. civis Brixie,

ex concisione mihi facte p. D. Guidone de Cambiationibus de Regio Judicem Malefitiorum D. pottes Brixie pubblicandi et in forma publica etc. etc.

LXXXXV.

1353 — 30 MARZO

*Copia di una sentenza contro Gardone
per riparazione alla Pieve di Salò.*

(Inedito 1).

Bertraminus de Malecalcentis Juris Canonici peritus Rector Ecclesie S. Valere et Canonicus S. Bartolomei Mediolanensis. Vicarius Rev. in Christi patris et dni D. Bernardi Dei et Aplice sedis gratia Episc. Brixien Marchionis Ducis et Comitis, Comuni Consulisbisque terre de Gardono Riperie Lacus Garde Dioc. Brix. Salutem in Dominio sempiternam, Relationem coram nobis pro parte Archipresbiteri Canonicorum et Capellanorum plebis S. Marie de Salodio recipimus continentem, et etiam nobis constat per publica Instrumenta coram nobis producta quod omnes et singuli de plebatu dictae plebis de Salodio, de cuius plebatu dicta terra de Gardono existit tenetur et obligati sunt ad refectionem et aptationem Ecclesiarum S. Marie de Salodio et S. Joanni Baptiste de Salodio, et etiam ad calices, turibula, Cruces, campanellas et campane plebi memorate. Quare ut ex dicta relatione precipimus quod ad presens mutatio cujusdam campanelle ponende et transferende super ecclesiam dictae plebis super campanili plebis memorate et ipsi homines de Gardono recusant et contradicunt ad contributionem expensarum campanelle predicte secundum consuetudinem temporum preteritorum, Idcirco tenore presentium vos et quelibet vestrum requirimus et mandamus sub penis excommunicationis in persona vestra et interdictis in terram vestram de Gardono precipiendo mandatus

1) Raccolta Odorici.

et assignamus quartam partem espensarum mutationis.... dicte campanelle vobis contingentem debeatis contribuere.... Quod si predicti nostri mandati fueritis transgressores, contra vos et dictum verstrum comune ad penas predictas excommunicationis et interdictis et ad alias penas spirituales et temporales infallibiliter procedimus etc.

Dat. in Concistorio Epalis Curie Brixie Jacobus de Sabio Not. Curie Epalis.

LXXXVI.

1357 — 22 GENNAIO

*Procura fatta dall'Abate del monastero di S. Eufemia
per interessi dello stesso monastero.*

Inedito 1).

In Christi nomine die vigesimo secundo Januarii in plano Tuscolani in contrata communis Brixie — Omissis —

Ibi Bernabolus de-Carcano Abas monasterii sancte heuphemie nomine et vice dicti monasterii — Omissis — ordinavit discretos viros Dom. petrum nicolaum de-Boxettis de tusculano beneficiale ecclesie sancti Nicolay de serina de Tusculano et paganclum de parlatoriis de Mediolano not. pub. et Franceschinum dictum imperatorem filium de cunis — Omissis — quidquid melius possint specialiter ad factos exigendum etc. — Omissis —

Anno domini millesimo tercentesimo quinquagesimo septimo Indictione decima.

Ego Bartolameus filius Pretroboni buci not. sacri palacij. — Omissis. —

1) Archivio Ospitale, Cass. O n. 15.

LXXXVII.

1358 — 28 OTTOBRE

Enfiteusi di beni in Toscolano del monastero di S. Eusemia.

Inedito 1).

In Christi nomine. Die vigesimo octavo mensis Octobris. in tusculano. — Omissis — Ibi d. Petrus Nicolaus de boxetis de tusculano beneficialis ecclesie sancti Nicolai de Tusculano — Omissis — nomine domini Bernaboli De-Carcano abatis Monasterii sancte euphemie ad infrascripta et alia constitutus ut patet per Instrumentum rogatum et scriptum per infrascriptum Bartolameum sub die XII mensis Januarii, anno millesimo tercentesimo quinquagesimo septimo inductione decima — Omissis. —

Investit perpetualiter ad rectum livellum communis Brixie Delaydum filium q. Petri de Brachis de-Tuscolano nominatim et specialiter de una mura cum sedumine in territorio de Tusculano in villa de-Stignaga cui coherent — Omissis —

Anno Domini millesimo trecentesimo quingentesimo octavo inductione undecima.

Ego Johannes q. Benevenuti de Tusculano not. — Omissis. — In Christi nomine Amen Bartolameus not. — Omissis. —

1) Ut supra.

LXXXVIII.

1376 —

Investitura episcopale di beni posti nel comune di Maderno.

Inedito 1).

Instrumentum quoddam Investiture ab Episcopo Brixie in quo legebatur Episcopos ejusdem civitatis Curiam episcopalem Materno habuisse hoc modo (Anno 1376 renovato anno 1532 Heronymo Nigro Not. die XX. Julij).

Investivit etc. nominatim de omnia et toto eo, quod predictus Rever. Dnus Episcopus et Episcopatus Brixie habet et sibi pertinet in Valle Surri, que Vallis est Curtis Materni, et Districtus curie Materni, que Curia est Domini Episcopi scilicet a terminis intus, qui sunt positi sub Ecclesia sancti Michaelis usque ad Crucem Clozachi, et a cruce Clozachi usque ad terminos Duarini, qui confinant inter ipsam Vallem, et illos de Buarno, et ab aliis terminis, usque ad terminos qui sunt positi juxta prata Donatalia, qui jacent in loco ubi dicitur ad prata; et sicut designant alii termini qui discernunt confines inter vallem Surri et Comune Materni, et quemadmodum vadit via in sursum, que vadit ad Suranam usque ad terminos Mandoali salva et reservata per ipsum Rev. Cardinalem et Eum de voluntate dictorum Sindicorum sorte Surina quam dictus Dnus Rev. Epus non comprehendit, nec comprehensam vult, et intendit in hac presenti Investitura; sed ipsam sortem dictus Rev. Dnus Epus retinuit et reservat in se. Ac etiam totum districtum et honorem et decimas totius Vallis Surri, et caciam regalem que semel in anno fieri solet. Et duas galetas olei, quas Morescus et Roba de Gargnano dant de fictu omni anno in Curia Materni ad Canepam Rmi D. Epi et ulterius dictus R. Dnus Epus et successores sui possint et eis liceat in predicta Valle habere ligna ad voluntatem Curtis Materni, et non ad aliud per

1) VITALI: *Rerum Matern. mss.*

homines familie qui sunt soliti facere servitia, vel per alios missos in eo loco in quo tunc homines et Universitas Gardoni buscaverit. Et ab eo loco que predicta Universitas taxaverit et a quibus tunc abstinerit Revmus D. Epus et alii sui missi buscare non debeant. Sed abstinere se et Homines Ville (*Valle*) Surri, et alii qui faciunt servitia D. Episcopo Curie Materni, qui dicuntur de familia: videlicet Corvenum, Suriana, Buzadinum, Marclinum, Visinum, et Songinum potestatem habeant etc.

LXXXIX.

1381 — 17 OTTOBRE

Estensione del Comune di Maderno.

Inedito 1).

Extenditur versus Austrum ad lacum usque ad orientem vero in montibus fere per miliare, et in planicie ad medium usque fluminis sic transatione cum Tusculanensibus inita. Ad septemtrionem per dictemille passus usque ad Buarnum et Sycinum, et ad occidentem per miliare usque ad Fasanum, et etiam Vallem Surri, quam Vallem Maternensis esse districtus infra patebit. Intra hec ejus confinia plures ville continentur veluti Buzelij, Stine, Marclini, Vigle et Senici; et in mediis fere montibus edicula quedam divo Urbano dedicata, que constructa propter votum tunc creditur cum populus epidemia infesteretur.... Hec edicula quotannis Maio mense cum clero, populo comitante solemniter invisitetur.... Item et Templum in eodem Agro inspicitur Divo Faustino in sumitate vicinioris collis prope lacum, ac veluti propugnaculum quoddam erectum. Ideo fortasse quod Philippensi exercitu civitatem Brixiam expugnante eundem cum beato Jovita super menibus adstare, ac civitatem ipsam defendere extra milites viderint. = In Oppido vero est Domus quam sacrum Pietatis montem appellant =.... Item ibidem est Hospitale....

1) VITALI, *Rerum Matern.* miss.

quo pauperes hospitio recipiuntur. — Preter hanc quam diximus cartarum negotiationem ac alia quoque exercitia, plurimos habent hortos.... citria fama ferentium, quos magno labore ac impensa colunt.

C.

1381 — 17 OTTOBRE

*Convenzione fra i Comuni di Maderno e Toscolano
per la suddivisione delle acque del fiume.*

Inedito 1).

In Christi nomine Amen. Anno a nativitate ejusdem 1381. Ind. quarta, die 17 mensis Octobris, in Terra de Tuscolano in Ecclesia Sancti Stephani posita in contrata Cortenolis, Presentibus Pelacano f. q. Florioli del Go de Gargnano Combono de Via Veteri de Gargnano. Andriano f. q. Tonoli Bosini de Liano de Gargnano, Dominico dicto.... f. q. Joannini Bosii de Laido, et Michaele f. q. Marchessi Contrini omnibus, ambobus ultimis Notariis de Tusculano, et omnibus sup. testibus rogatis, et notis.

Cum verteretur lis per et inter Commune et Homines et Universitatem Terrae de Materno ex parte una, Homines et Universitatem Terre de Tuscolano parte altera, et steternit jam pluribus diebus, et ad presens pendent discordia, et contentio et lis, et questio oriri speraretur occasione acque labentis, et que labitur per vasum, seu alveum, et lectum fluminis positum inter d. terra de Materno et dictam terram de Tuscolano et occasione cujusdam laborerii seu edificii alias facti, et quod dicebatur noviter fieri velle per ipsos Commune et Homines de Tuscolano in dicto flumine in contrata delle Garde, seu ubi dicitur ad Zuchatam super territorio dicte terre de Materno causa fortificandi clusa molendinorum ipsorum Communis et Hominum de Tuscolano. Et etiam occasione cujusdam alterius

1) Dalla Raccolta Fossati in Toscolano.

laboreri quod dicebatur factum per dictum Commune et Homines de Materno in dicto flumine iuxta pontem positum super ipso flumine super territorio dicte terre de Tuscolano pro fortificatione molen-dinorum dictorum Communis et Hominum de Materno. In eo vide-licet, quod pro parte dictorum Communis et Hominum de Tuscolano dicebatur, et alligabatur, ipsum Commune et Homines ejusdem potuisse et posse facere quodcumque laborerium et edificium eis risum fuerit, et videbitur in flumine predicto, et in ejus lecto, et in contrata predicta pro fortificatione cluse eorum, et tam super territorio de Materno quam de Tuscolano absque ipsorum Communis et Hominum de Materno conscientia et voluntate et maxime vigore iurium ipsorum de Tuscolano, et cum fuerint et steterint in possessione seu quasi faciendi, seu facere possendi quodlibet laborerium in dicto flumine in contrata predicta, et super d. territorio de Materno occa-sione predicta jam annis sexaginta, octuaginta et centum, et plu-ribus ipsis Communi et Homines de Materno non potuisse, nec posse aliquod laborerium facere in ipso flumine maxime super territorio de Tusculano juxta pontem, et hoc stantibus juribus ipsorum Communis et Hominum de Tuscolano. Et ex adverso opponebatur per predi-ctos Commune, et Homines de Materno dicentes et allegantes dictum Commune et Homines de Tusculano non potuisse, nec posse facere, nec fieri facere in ipso flumine nec in ejus lecto maxime a medio dicti fluminis ultra, super eorum territorium laborerium ali-quod nec edificium, maxime in ipsorum Communis et Hominum de Materno damnum et préjudicium, vel alicujus eorum. Immo si quod unquam per eos Commune et Homines de Tuscolano factum fuisse laborerium super dictum eorum dicte terre de Materno territorio debere destrui, et tolli tamquam factum contra jus et justitiam et pariter ipsorum de Materno conscientiam. Et dictos Commune et Homines de Materno potuisse et posse temporibus preteritis, nunc et in futurum facere et fieri facere in flumine predicto quodlibet laborerium, quod voluerint, et ejus videbitur, et tam super territorio dicte terre de Tusculano quam de Materno pro fortificatione et

defensione clusarum suarum et aqua ipsius fluminis per ipsas clusas
conducenda ad eorum molendinum, et alio per eorum territorium....
voluerint et volent, et de hoc ipsum commune et Homines de Ma-
terno fuisse et stetisse in possessione seu quasi pacifica et quieta
tanto tempore quod in contrarium non est memoria.

Ea propter Albertus qui dicitur Betinus f. q. Pasini Salere de Tu-
sculano Sindicus et Sindicario, ac procuratorio nomine supradictorum
Communis et Hominum et Universitatis terre predicte de Tuscu-
lano ad infrascriptam et alia solemniter, et legitime et specialiter con-
stitutus, ut patet publico instrumento dicti sindicatus et procure, a
me infrascripto notario viso, et lecto, rogato et scripto per Michaelem
q. Marchesii de Tusculano Notarium die 13 presentis mensis Octobris
ex una parte, et Bartholomeus de Lancettis f. q. Maternini de Ma-
terno Sindicus, procurator, sindicario et procuratorio nomine dicti
Communis et Hominum et Universitatis Terre de Materno solem-
niter et legitime et specialiter ad infrascripta constitutus, ut patet pu-
blico Instrumento ipsius ejus Sindicatus, et procure similiter a me
infrascripto Notario viso, et lecto, rogato et scripto per Benamatura
f. q. Joannini Benamati de Lancettis de Materno Notarium die octavo
ejusdem mensis presentis ex altera parte, et uterque eorum per se
se, et dictis nominibus, nolentes ipsa Communia, et homines eorum
ad invicem contendere, seu discordiam aliquam habere predi-
ctorum occasione, nec aliqua alia, et pro posse eorum prohibere ve-
lint, nec lites, seu questiones aut dissensiones alike inter ipsa
Communia, et eorum homines et personas maxime occasione pre-
dicta de cetero oriantur, et oriri possunt. Immo velle potius ipsa
Communia et homines et personas eorum ad pacem et concordiam
pervenire, ut pax, amor, et bonavoluntas sint inter eos prout ha-
ctenus steterunt et magis crescat et omni alio meliori modo, jure,
forma, causa, occasione, pretextu et respectu, quibus melius et va-
lidius potuerint unanimiter, et concorditer compromiserunt et com-
promissum fecerunt per se se, et dictis nominibus in prudentem, et
discretum virum Tonolum f. q. Peterzoli Tebaci de Gargnano ibi

presentem, et hoc compromissum sponte et libere acceptantem tanquam in eos per se se, et dictis nominibus et d. d. Communium et Universitatum arbitrum, arbitratorem, amicabilem compositorem, et amicum communem ab ipsis pactibus pro se se, et dictis nominibus communiter et concorditer electum de, pro ac super omnibus et singulis litibus, questionibus et controversiis, et dissensionibus que de cetero inter ipsos homines oriri sperarent, aut sperarentur pro dictis superius dictatis, et allegatis pro partibus ipsorum Communium Hominum et Universitatum ut supra eorum occasione, et generaliter, et indifferenter de pro et super omne et toto eo, ratione omnis ejus et totius quod ipsa Communia et Homines et Universitates aut eorum sindici, et procuratores sibi ad invicem.... una par alteri et e converso altera alteri facere et petere potuisset hinc retro, et de cetero possent causis et occasione supradictis, vel aliqua, et quavis earum et occasione quanemcumque ab eis, et qualibet earum dependentium, et sibi connexarum, et ad negotium facientium quovis modo, tali modo, jure et forma, quod ipse arbiter, et arbitrator pro suo libito voluntatis possit et valeat inter ipsas partes dicere, laudare, sententiare, arbitrari, seu arbitramentari, componere, precipere, terminare, declarare, et diffinire, et disponere super premissis, et eorum causa, et occasionem, ac sibi connexis, et ab eis dependentibus et ad negotium facientibus ut supra, et quisquid sibi arbitro, et arbitratori visum fuerit, et placuerit de jure, et de facto, et de jure tantum, et de facto tantum, presentibus et absentibus dictis partibus pro se se, et dictis nominibus, una presente et altera absente, ipsisque citatis et non citatis, et una citata et altera non citata, eundo vel sedendo, in scriptis et sine scriptis, et juris solemnitate servata, et omessa ubicumque, quomodocumque, qualitercumque, et quandcumque, et sibi placuerit, non obstante aliquo pretermisso hodie per totum diem, ita quod omnia et singula per ipsum dicenda, laudanda, sententianda, arbitranda, sive arbitramentanda, componenda, precipienda, terminanda, declaranda et definienda, ac que dicet, laudabit, sententiabit inter dictas partes super predictis et quolibet predictorum,

et sibi connexis, et ab eis dependentibus ut supra intelligantur et sint, in presentes deducta et comprehensa, ac si de eis omnibus in ipso compromisso verbotenus facta esset mentio specialis et expressa. Promittentes ipsi Sindici pro se se, et dictis nominibus et solemnibus stipulationibus sibi ad invicem, vicissim, et mutuo promiserunt perpetuo stare, parere et integraliter obedire laudo, arbitrio, et arbitramento, precepto compositioni terminationi, declarationi, et definitioni dicti eorum Arbitri, arbitrationis, per ipsorum faciendis, ferentis et proferendis inter ipsas partes super predictis, et ut supra nullo tempore, nullaque causa, vel occasione in futurum coram aliquo iudicente, seu Rectore, vel Pretore proponere vel allegare dictum laudum, arbitrium, seu arbitramentum ipsius eorum arbitri et arbitratoris iniquum, vel injustum in aliqua sive, neque inique, dolose, aut culpa, vel fraudolose latum, aut iniquitatem aut injustitiam aliquam quodque ea, vel aliquod eorum numquam dicenti, nec petent aliquat redigenda esse, nedum posse, vel debere ad arbitrium boni viri, vel bonorum virorum, minusque ab eis, vel aliquo eorum unquam appellabunt, seu contra ea reclamabunt neque etiam contra ea, vel aliquod eorum unquam literas, vel rescriptum aliqualiter impetrabunt, sed ipsum compromissum et omnia et singula contenta in eo, et que inde ejus occasione, pretextu, vel occasione sequerentur perpetuo attendere, et observare pro se se, et dictis nominibus, et attendi et observari facient, ac ratum, rata et grata habebunt perpetuo, et tenebunt, et haberi et teneri facient, sub pena, ac in pena florenorum ducentorum auri valoris soldorum trigintaduorum planet pro qualibet applicanda parti attendanti, et observanti, per partem non attendantem, nec observantem seu contrafacientem, prout, et sicut per dictum eorum arbitrum, et arbitrarem declarabitur, et limitabitur in dicto laudo, arbitrio seu arbitramento et sententia, et toties committenda et exequenda cum effectu per partem attendantem, et observantem secundum limitationem et declarationem fiedam ut supra, quoties aliqualiter contrafactum seu contraventum, aut ommissum, vel eis non fuerit obtemperatum. Et pena commissa vel

non commissa, exacta, vel non exacta, nihilominus presens compromissum, et omnia, et singula in eo contenta, et que inde fierent in sua vi, robore et firmitate perdurent: pro quorum omnium, et singulorum observatione, ipsi Sindici, et uterque eorum, pro se et nominibus antedictis obbligaverunt sibi ad invicem vel unus alteri vicissim, et mutuo se se, et homines, personas, et Universitates ipsorum Communium, et utriusque eorum personaliter, et omnia eorum et cuiuslibet eorum bona presentia et futura pignori, que vicissim et mutuo precastio nomine possidere constituerunt. Renunciantesque dicti Sindici pro se se, et dictis nominibus exceptioni non sic esse rerum, doli mali, sine causa, vel ex injusta causa, beneficio nove constitutionis, et Epistole Divi Adriani, et de duobus et pluribus reis debendis, et omnibus Statutis, decretis provisionibus, literis, et rescriptis Mag. Dni Dni Communis et Populi Brixie et Communitates Riperie lacus Garde, et alibi factis, et fiendis, omnibusque juribus communibus, et singularibus, decretis, favoribus beneficiis, privilegiis, exceptionibus, et defensionibus in contrarium facientibus, expressis, et etiam exprimendis . . . et expresse renunciantes, etiam si dicte tales exceptiones, defensiones, beneficia, privilegia, et jura tales, et talia forent, de quibus necesse esset mentionem facere specialem vel expressam.

Postque incontinenti d. Arbitrator, et Arbitrator electus ut supra, volens dictas partes pro se et dictis nominibus, ac homines, et personas dictorum Communium, et utriusque eorum ad concordiam reducere, et ab eis omnem litem, et materiam litigandi removere, atque inter eos omnis amor, pax, et bona voluntas persistat, magisque crescat, viso prius, et intellecto tenore compromissi antedicti, auditis etiam et intellectis omnibus et singulis juribus, rationibus, allegationibus, informationibus, dictarum partium pro se se, et dictis nominibus, que et quas coram eo facere, et producere, et fieri facere et produci voluerint post dictum compromissum. Auditaque, ante ipsum compromissum, et diligenter sepissime indagata voluntate dictarum partium, et uniusquisque earum, et nominum et personarum Com-

munition predictorum, et ipsis omnibus, et aliis, necessariis facentibus ad negotium ante ipsum compromissum diligenter examinatis, et matura deliberatione discussis — Christi nomine et Beate gloriose Virginis Marie ac beatorum apostolorum Andree et Petri Protectorum dictorum Communium nominis invocatis ex certa scientia, et omni modo, jure via, et forma causa et occasione respectu arbitrio et baylia quisque melius potuit, via arbitrationis, amicabilis compositionis, et Communis amici eligens, dixit, laudavit, sententiavit, arbitramentavit, seu compositus precepit declaravit terminavit definitivit, et fecit inter dictas partes pro se se, et nominis antedictis, in omnibus, et per omnia ut infra, videlicet.

I.^o In primis dixit laudavit ut supra. Quod. d. Betinus q. Pasini pro se, et sindicario nomine sup., et per eum dictum Commune, et Homines et Universitas dicte terre de Tusculano possint et valeant, et eis licitum sit libere facere, et fieri facere nunc, et in futurum in flumine predicto quodlibet laborerium eis utile et necessarium, et prout eis videbitur in Contrata delle Garde, seu ubi dicitur ad Zochatam a petra, que appellatur petra latina supra et usque ad dictam petram tantum et tam in flumine a medio ejus fluminis, et lecto ut supra ultra super Territorio de Materno, quam ab inde citra pro defensione Cluse molendinorum suorum, ita tamen quod per dictum quocumque laborerium per eos fiendum ut supra nullum prejudicium generetur, nec fiat dicto Communi et Homines de Materno non habent et habere debeant medietatem acque, que labitur, et labetur de cetero per ipsum totum flumen, seu alveum, et lectum ejus a dicto laborerio per ipsos de Tusculano fiendo ut supra dividendo ipsam acquam super ipso laborerio in duas partes, et suam partem dicto Communi, et homines de Materno videlicet medietatem ipsius acque labi permittendo per ipsum laborerium.

II.^o Item dicit, laudavit et ut supra, et dicendo laudando pronunciavit, et declaravit: quod quotiescumque casus occurreret, quod ex causa, vel occasione alicujus laborerii fiendi nunc, et in futurum per ipsum Commune de Tusculano, seu homines ejusdem, seu quovis

modo habitantes, atque de cetero habitabunt super territorio dicte terre de Tusculano, ipsum Commune, et homines de Materno non haberent medietatem dicte acque ut supra, ita quod de hoc fieret prejudicium aliquod ipsis Communi, et hominibus de Materno, vel eorum molendinis dictum Commune et homines de Tusculano, et persone ejusdem incident, et ex nunc incidisse intelligantur in penam florenorum decem auri pro qualibet vice applicanda, et que applicari debeat per ipsum Commune, et Homines de Tusculano eisdem Communi et hominibus de Materno, et reficiendi ipsis Communi et hominibus de Materno omne damnum et expensas, quod et quas inde usque ad restitutionem dicte acque paterentur predicta occasione arbitrio duorum bonorum hominum de dictis Communibus vel aliorum Communium Communitatis Riperie predicte communiter eligendorum per Communia de Materno, et Tusculano, seu per tunc Consules ipsorum Communium, sub pena predicta, applicanda per Commune, seu Consules hoc facere recusantes Communi, seu Consulibus hec re quirentibus et attendantibus, et obedientibus, non autem ob hoc incidat pars ipsa committens contra contenta in presenti capitulo in penam compromissi predicti, sed tantum in ipso presenti capitulo limitatam.

III.^o Item dixit, laudavit ut supra — quod licitum sit dictis Communi, et hominibus de Materno, et possint, et valeant quotiescumque expedierit, et eis placuerit facere, et fieri facere a clusa *fullorum a papiro*, qui appellantur, *fulli* Bellinzani infra quodlibet laborerium, quod et prout ipsis Communi et hominibus de Materno videbitur eis utile, vel necessarium in lecto dicti fluminis, et tam super territorio dicte terre de Tusculano quam de Materno pro colligendo et coadunando omnem quantitatem acque labentis et que labetur per ipsum flumen, et per ipsam clusam fullorum ab nide supra usque ad finem ipsius Cluse et ipsam acquam conducere, et labi facere per clusam molendinorum a blado ipsorum Communis et hominum de Materno, prout melius poterunt, et hoc sine aliqua scientia, et conscientia vel notitia dictorum Communis et hominum de Tusculano, et eorum etiam contradictione non obstante.

IV.^o Item quod ipsum Commune, et Homines de Materno possint, et valeant, et eis licitum sit nunc et in futurum de aqua labente, et que labetur per dictam eorum clusam et dictum flumen, extraere per quemcumque modum eis videbitur et placuerit quam tamcumque quantitatem acque que et prout eis videbitur a tecto dictorum molendinorum a blado dicti Communis de Materno versus pontem positum supra ipsum flumen in quacumque parte eis placuerit ab ipso ponte infra. Et ipsam acquam conducere et labi facere ubique et prout voluerint per eorum territoria ad eorum liberam voluntatem, dummodo non accipient nec extrahant de dicta aqua ut supra ultra dictam medietatem eis tangentem in partem de dicta tota aqua dicti fluminis, quo casu videlicet, si extraherent ultra dictam eorum partem videlice: ultra dictam medietatem incident, et ex nunc incidisse intelligantur in penam florenorum decem tantum, et non ultra, non autem in penam compromissi predicti.

V.^o Item quod dictum Commune et Homines de Materno nunc et in futurum cum, et prout eis placuerit, et possibile fuerit possint, et valeant et eis licitum sit facere, construere, et edificare, et fieri construi, et edificari facere quodlibet edificium, quod et prout eis videbitur et placuerit super Clusis, seu alveis fiendis, et fieri faciens pro predicta aqua extraenda, et conducenda ut supra proxime, non obstante aliqua et quavis contradictione ipsorum Communis et Hominum de Tusculano, et absque eo, quod de hoc eisdem Communis, et Hominibus de Tusculano fiat notitia et conscientia aliqua.

VI.^o Item quod postquam aqua, que de cetero labetur per dictam clusam molendinorum a blado de Materno, ut supra descursa fuerit a dicto tecto ipsorum molendinorum infra versus lacum, dictum Commune de Materno ab ipso tecto infra non possit, nec valeat extrahere nec extrahi facere de dicto flumine aliquam aquam in prejudicium, d. d. Communis et Hominum de Tusculano, vel alterius eorum juris videlicet pischerie, dicti fluminis sed ipsa Pischeria intelligatur et sit ipsorum Communium de Materno et Tusculano sub pena predicta, videlicet florenorum decem auri, applicanda ut supra, nisi hoc fieret

per dictum Commune de Materno tempore guerre, quo casu licitum sit ipsis Communi et Hominibus de Materno, et possint et valeant, absque eo, quod incident penam aliquam extrahere, seu extrahi facere totam acquam dicti fluminis que labetur a supradicto ponte infra, et ipsam acquam ponere, et conducere, et labi facere per quemicumque modum eis placuerit, in et per fossas quascumque existentes et que fierent super eorum territorio, et ab ipso flumine, usque ad Palacium, seu Castrum ipsius terre de Materno causa implendi ipsas fossas dicta aqua pro eorum defensione, et tutela.

Quodque etiam dicto casu guerra adveniente ut supra licitum sit dictis Commune et Hominibus de Tusculano absque eo, quod incident in aliquam penam extrahere de aqua dicti fluminis, et ducere et labi facere in et per fossas, quas fecerint a dictis Molendinis de Materno infra tantum, et super eorum territorio, et aliter nisi in dicto casu, videlicet tempore guerre aliquam acquam extrahere non possint de dicto flumine a dictis molendinis de Materno infra sub pena predicta.

VII.^o Item quod per aliqua, que superius dicta et laudata sunt non fiat, nec generetur, nec fieri nec generari possit, nec intelligatur, aliquod prejudicium dictis Communi, et Hominibus de Materno in clusa molendinorum, et a fullo, maxime circa ipsius Cluse refectionem, quando indigeret refectione, sed ipsam Clusam quotiescumque necesse fuerit reaptare, et reficere more solito in dicto casu pro conducendo per ipsam Clusam aquam necessariam de dicta medietate dictae acque eis tangente ut supra, et per ipsam Clusam conducere possint et conduci et labi facere ipsam aquam eis necessariam ut supra, absque eo quod aliquam penam incident.

VIII.^o Item dicendo, laudando, et ut supra cassavit, annullavit, et nullius valoris et efficacie pronunciavit, et declaravit quascumque sententias arbitrales hactenus datas, et latas inter ipsa Communia, seu eorum Sindicos occasione predictarum, et quavis earum, et quibuscumque, aliis, et ab eis dependentibus, et sibi connexis, et quodcumque compromissum per ipsa Communia, sive eorum Sindicos factum

hinc retro cuius vigore late essent d. tales sententie una seu plures et omnia, et singula in ipsis sententiis, et compromissis contenta. Absolvens et liberans supradictos Sindicos et utrumque eorum, et pro se, et antedictis nominibus, et per eos dicta Communia; et quodlibet eorum, et Homines et Universitates eorundem ab omnibus et singulis, que hactenus sibi ad invicem, videlicet una pars alteri, et a converso dicere, vel petere potuissent occasione predictam, vel aliqua ed quavis earum, salvis semper manentibus suprascriptis, et infra- scriptis.

Item quod dicti Sindici, et uterque eorum pro se se, et dictis nominibus, et per eos dicta Communia, et utrumque eorum, ac Homines et Universitates eorum teneantur, et debeant attendere, et observare omnia, singula suprascripta per ipsum arbitratorem dicta, laudata et ut supra, sub pena et in pena in compromisso apposita, quoties committenda, et exigenda ad quoties ipsis omnibus suprascriptis fuerit contrafactum per aliquam partium predictam, et sub pena tantum in suprascriptis capitulis limitata per eum quoties committenda, et exigenda ut supra, quoties ipsis capitulis, vel alteri eorum contrafactum, videlicet, secundo quarto et sexto capitulis presentis sententie. Quodque sub dicta pena in dicto compromisso contenta ipsi Sindici pro se se, et dictis nominibus teneantur et debeant sententiam, laudum, et arbitramentum suprascriptum adprobare, ratificare et omologare infra secundam diem.

Lata, aperta, lecta et pubblicata fuit suprascripta sententia arbitralis, seu latum, apertum, lectum et pubblicatum fuit supradictum laudum et arbitramentum per suprascriptum Tonolum Pedrezoli arbitratorem, amicabilem compositorem et commune amicum, communiter electum ut supra, et ita laudatum, sententiatum, et arbitramentatum fuit per eum ut supra in omnibus et per omnia ut supra diei supradicto 17 Octobris millesimo, et inductione supradictis, stantem in supradicta Ecclesia Sancti Stephani, in qua sibi elegit Tribunal. Et hec omnia in presentia, audientia, et intelligentia supradictorum Sindicorum pro se se, et nominibus supradictis, et utriusque eorum

approbantium, et rathificantium, omologantium, et confirmantium dictam sententiam, et laudum; et arbitramentum predictum, et omnia, et singula in eo contenta. In presentia, et intelligentia, dicti arbitratoris, et presentibus testibus supradictis, omnibus notis et rogatis. De quibus omnibus et singulis ego Bartholomeus q. Joannis Not. infra scriptus rogatus sum a dictis partibus pro se se, et nominibus antedictis publica confidere Instrumenta.

(L. T.) Ego Bartholomeus Not. filius q. Joannis a Bonaventure de Gaino de Tusculano omnibus predictis presens fui, et rogatus hoc Instrumentum tradidi, rogavi, scripsi et me suscripsi.

(L. T.) In Christi nomine - Amen - Ego Augustinus f. q. m. Antonioli de Calappis de Materno Notarius copiam presenti Instrumenti ab ejus originali forma extracti per supradictum Bartholomeum Notarium in publicam formam redactam ab ipsius originali forma redigi, et extraxi de verbo ad verbum. Et quia ipsum exemplum cum dicto ejus originali facta diligenti auscultatione concordare inveni ideo me suscripsi, signumque meum in fidem et robur omnium premissorum ad eternam rei memoriam apposui consuetum.

(L. T.) In Christi nomine amen. Ego Constantius de Sandrinis de Calvagesio Imperiali auctoritate Notarius suprascriptum exemplum compromissi, et sententie per supradictum Augustinum Notarium ab originali suo extractum et exemplatum vidi, legi et auscultari, et quia cum predicto suo originali facta diligenti auscultatione concordare inveni. Ideo me subscrispi, signumque meum in robur, et testimonium omnium premissorum, ad eternam rei memoriam apposui consuetum.

(L. T.) In Christi nomine Amen - Ego Hector Joanni de Rochis de Salodio Imperiali auctoritate notarius suprascriptum exemplum compromissi, et sententie per supradictum Augustinum notarium ab originali suo extractum, et exemplatum vidi, legi, et auscultari. Et quia cum predicto suo originali facta diligente auscultatione concordare inveni, Ideo me supscrispi, signumque meum in robur, et testimonium omnium premissorum ad eternam rei memoriam apposui consuetum.

(L. T.) In Christi nomine Amen. Ego Zazanes olim natus Francisci de Ferrariis Salodiensis Notarius publicus auctoritate Imperiali suptum exemplum sententie et compromissi per supradictum Augustinum de Calappis notarium, transumptum ab ejus originali publico, et autentico de verbo ad verbum fideliter auscultavi et secum concordare inveni. Ideo me ad fidem et eternam memoriam premissorum subscrispi cum solita attestazione mei signi tabellionatus.

(L. T.) In Christi nomine Amen. Ego Petrus f. q. Joannis Septi de Materno Notarius Publicus auctoritate imperiali suptum exemplum sententie et compromissi per suprascriptum Augustinum de Calappis Notarium transcriptum cum ejus originali publico et autentico de verbo ad verbum fideliter et diligenter auscultari et secum concordare inveni. Ideo me ad fidem, et eternam memoriam premissorum subscrispi cum solita attestazione mei signi tabellionatus.

CI.

1383 — 28 GENNAJO

*Locazione in enfiteusi di case del Monastero di S. Eufemia
in tenere di Bogliaco.*

Inedito 1).

In Christi nomine anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo octuagesimo tertio. Indictione sexta. die vigesimo octavo mensis Januarii — Omissis —

Dominus Antonius De-Casate — Omissis —

1) Arch. Ospedale Civ. di Brescia, Cassetta O, N. 23.

Nella parte dell'Archivio dell'Ospedale Civile di Brescia che riguarda il Monastero di S. Eufemia, trovansi nella medesima cassetta citata altri documenti dello stesso genere, colle date 28 Gennajo 1383, 21 Maggio 1390, 19 Febbrajo 1392, 20 Marzo 1392, 23 Maggio 1393, 20 Marzo 1398 che omettiamo per brevità.

Investivit ad ratum livellum D. Franceschinam De-Boxelli et uxorem Bartolamey homezoli de Boyacho — Omissis —

De duobus domibus simultaneiter in contrata de Boyacho, — Omissis — cum omnibus et singulis earum domorum husantiis — Omissis.

Ego Antonius de papis not.

CII.

1385 — 14 GIUGNO

Il Conte di Virtù concede alla Riviera l'integrità del suo territorio e a Maderno la residenza del Podestà.

Inedito 1).

Nos Dominus Mediolani et Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis. Receptis capitulis pro parte fidelium nostrorum Comunium et Hominum Universitatis nostre Riperie Lacus Garde tenoris infra scripti, fecimus ipsis Capitulis responsiones nostras prout in fine uniuscujusque ipsorum capitulorum singulariter annotatum est, quorum quidem capitulorum et responsionum tenor talis est.

Illustrissime Pie et eccelse Dominationi vestre ad conservationem et bonum statum comunium et Universitatis Riperie Lacus Garde, ac Terrarum unitarum dictis Universitati et communibus, ad augmentum et vestre celsitudinis et ut alii confinantes cum dicta Riperia vestra, hoc est Mantuani Tridentini Veronenses et ceteris secum confinantes videant bonam et immensam voluntatem prelibate celsitudinis vestre que semper fuit et est erga ejus subditos in manutenendo eos in bono et pacifico ac quieto statu, et ut possint vivere penes Dominationem vestram cum patrimoniis augumento et personarum, humiliter ac devote suplicant infrascripti fideles, subditi, servitores, syndici et Ambaxiatores predicte Universitatis vestre Riperie, et suis nominibus propriis, ac nomine et vice dicte Universitatis vestre

1) VITALI. *Rerum Matern.* mss. citato.

Riperie et communium habentes super his et singulis infrascriptis mandatum legitinum et literas legitimas a dictis Universitati et Communibus hoc est.

Mag. Mapheus de Gargnano.

Ser. Laurentius de Lancettis de Materno.

Ser. Raymundus de Portexio.

Ser. Benedictus de Vulzano.

Ser. Bellottus de Patingulis.

Quatenus degnimini infrascripta capitula eis concedere et mandare de vestra summa et absoluta potestate inviolabiliter observari debere.

In primis, quod cum olim et temporibus semper retroactis dicta vestra Universitas et Comunia fuerint Universitas per se, et Terra per se, omnimodo separata, et nihil respondente nec summissa in aliquo comuni Brixie, quod remaneant in eo statu et gradu et libertate in quo semper fuerunt et steterunt tempore regiminis Dominorum Vicecomitum, Et in casu quod aliquod Comune seu aliqua Comunia ad suasionem alicujus seu aliorum de Brixia vel ex eo, quod dictum Comune seu Comunia male tractassent ceteros de dicte Universitate et dictis Comunibus, vel quacumque alia causa, que dici posset vel excogitare vellent se subtrahere a corpore Universitatis antedictae, et communium, et sponte se subjcere Comuni Brixie, vel aliter per se vivere se se quocumque alio modo de dicta Universitate eximere, quod nullo modo audiantur, sed penitus cogantur in Universitate stare et perseverare, dictis Universitate et Comunibus, alias si aliter fieret diverse voluntates et partialiter insurgerent, et esse maximum scandalum et detrimentum hominum et personarum dictarum Universitatis et Comunium destrutioque eorum, et diminutio status vestri, quod non credant fare benigne vestre intentionis. Et predicta dignemini concedere, non obstantibus aliquibus concessis vel impetratis noviter per aliquos forte ex aliqua importunitate vel causa alia.

Responsio Domini = Placet nobis quod tota Riperia sit et regetur in illo statu et gradu in quibus solita est stare temporibus retroactis. =

Item quod Potestas vester novus qui illuc venit, et per tempora futura aderit, teneatur et debeat stare, et moram assiduam trahere in terra et Castro vestro Materni, et non in terra Salodii, et hoc ex causis infrascriptis: Primo quia terra Materni est magis communis ad ceteras terras universitatis Comunium Predictorum, quam terra Salodii. Item quia ipso existente in terra Materni est in loco meliori pro....tione et defensione terreni vestri, et tempore guerre respectu confinantium vobiscum, et tempore pacis respectu bannitorum: Nam postquam ivit ad standum ad Terram Salodij multa homicidia, rapine, et alia multa sunt ibi perpetrata, que nunquam fuere perpetrata ipso existente in Terra Materni. Item quia temporibus retroactis dictus Potestas semper fuit et est solitus stare in dicta terra Materni, nisi ab anni octo citra (1377) quo tempore Domina Regina ipsum inde movit, non considerata utilitate hominum predictorum. Item quia in terra Materni stat cum multo minori expensa, hoc est Librarum quadraginta octo quolibet mense hominum predictorum quam in Terra Salodij. Item ipsa Potestate esistente in Terra Materni, evitabitur expensa castellani qui non erat solitus, nec debere stare ibi, et quia ibi stat cum expensa dictorum hominum magna. Dignemini igitur quod Potestas illuc veniat et Castellanus inde recedat.

Responsio Domini — Placet nobis quod Potestas presens et futuri dicte Riperie moram trahet in terre et castro nostro Materni, et quod complacere experta eorum fidelitate attenta, presentium tenore volumus edicimus. et mandamus omnibus et singulis Potestatis et Capitaneis, Vicariis et Officialibus, et subditis nostris ad quos spectat, et spectabit, quatenus predictas nostras litteras, et Responsiones prout superius scripte sunt usque ad nostri beneplacitum effectualiter observent, et faciant inviolabiliter observari sub pena nostri arbitrio auferenda. In quorum testimonium presentes fieri jussimus, et registrari nostrique sigilli appensione muniri.

Dat. Papie Die XIIIII Mensis Junij MCCCLXXXV Ind. VIII.

CIII.

1388 — 11 GIUGNO

*Rinnovazione e ricognizione di diritti feudali del Vescovo di Brescia
sui comuni di Gardone e Salò.*

Inedito 1).

(L. S.) In Christi nomine Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo octuagesimo octavo. Indictione undecima die undecimo Mensis Junij in civitate Brixie, super sala superiori palatij magni Episcopalis Curie Brixiensis presentibus Venerando Viro dno Vincentio de Cumis licentiato in Jure Canonico Archijpresbitero Plebis S. Marie de Travazano placentine Diocesis Vicario Dni Episcopi Brixiensis, dno Marcho de Vicomercato Canonico Brixiensi, Johanino de Vezatis Notario Cive Brixie, et Pecino de Spetris Cive Brixie Notario pro 2º Notario, Testibus vocatis et rogatis. Reverendis. in Christo Pater et Dnus, Dnus Thomas Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Brixie, Marchio, Dux et Comes, studens pro viribus in bene gestis predecessorum suorum, vestigia imitari ac acquisitum, atque relictum sibi Dno Episcopo per ipsos predecessores taurum incomparabilem amicos videlicet et fideles Vasallos, omni qua potest cura et solecitudine conservare, lecto prius eidem Dno Epo privatim et aperte quodam publico et solemni Instrumento concessionis in feudum facte per Reverendum et circumspectum Virum dnum Johanem de Bulgario Legum Doctorem Canonicum Vercellensem Red. in Christo Patris et Dni Dni Andree Dei et Apolce Sedis gratie olim Episcopi Brixie, Marchionis, Ducis et comitis tunc Vicarium generalem prefatique olim Dno Epi Concessarium et Delegatum in Sindicum Communis et Hominum terre de Salodo riperie lacus garde Brixiensis diocesis de inrascriptis Decimis, et Jure decimandi, et colligendi, ac percipiendi ipsas Decimas inrascriptas, ut plenius constat in ipso Instrumento

1) Raccolta Odorici.

concessionis in Feudum rogato per Bartholomeum de Castoldis Imperiali auctoritate Notarium pubblicum Brixie, prefatique olim Dno Epi et Epalis Curie Brixensis tunc Notarium et Scriba anno Nativitatis Dni millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, Indictione duodecima die decimo sexto mensis Augusti, et in publicam formam redacto per Johanem de Vezatis de Sextis Notarium Civem Brixensem ex commissione sibi facta per dictum Bartholomeum eamdem concessionem in Feudum per predictum dnum Johanem de Bulgardo Vicarium et Comissarium predicti in Sindicos et Procuratores dicti Comunis de Salodo factam ut supra, et omnia et singula in ipso Instrumento contenta, ac etiam concessionem in Feudum factam in Sindicum dicti Comunis et Hominum dicte terre de Salodo per Red. in Christo Patrem et Dnum Dnum Fratrem Andream olim Episcopi Brixensis predecessorem prefati Dni Episcopi de dictis Decimis infrascriptis, et de Jure decimationis et decimandi, et percipiendi ipsas Decimas, de qua concessione rogatum fuit Instrumentum per suprastum Bartholomeum de Castoldis Notarium anno Nativitatis Dni millesimo trecentesimo octuagesimo tertio Indictione sexta die decimo mensis xbris et omnia in ipso Instrumento contenta, ceteraque circa hec a suprastis dno Johanne de Bulgardo nomine suprasto, et Dno Fratre Andrea olim Epo Brixie, acta et gesta, ut, et tanquam perinde, et utilitate facto approbavit, ratificavit et confirmavit, nec non presentis renovate concessionis auctoritate plenissima per annulum aureum, quam in suis manibus tenebat suo nomine, et nomine et vice Episcopatus Brixensis suorumque successorum solemniter et legitime Investivit per Feudum et Jure Feudi honorabilis et antiqui dicti Episcopatus Michelinum filium Francisci Boteije de Salodo ibi presentem Sindicum, et procuratorem, et Sindacario et procuratorio nomine Comunis, et Hominum Vicinie et Universitatis dicte terre de Salodo ad infrasta ed alia solemniter et legitime constitutam, ut patet Instrumento pub. ipsius Sindacatus et procurij rogato et scripto per Bartholomeum f. Johannis q. Bertholini de Calsonibus de Salodo Not. anno Dni millesimo trecentesimo octuagesimo octavo Indictione.

undecima die vigesima octava mensis madij ibi a me Not. infrasto viso et lecto instatem et devote suspicientem procuratorio et sindicario nomine Comunis Hominum Vicinie et Universitatis dicte terre de Salodo, Nominatim de tribus partibus quatuor partium totius decime, terrarum, et territorium de Salodo, et de Gardono Riperie, supraste Lacus garde, Brix: Diocesis, et Decimatione et Jure decimationis, et decimandi, ac percipiendi, et habendi ipsam Decimam, et fructus, redditus, et proventus ejusdem in ipsis terris et territorijs de Salodo et de Gardono. Hec prius expresse dicto et protestato per ipsum Dnum Episcopum quod dictus Sindicus, nec dictum Comne, Homines, Vicini, et Universitas terre pred. de Salodo non intelligantur esse, nec sint investiti de aliqua Decima Jure Feudi, possessione, vel honore de quibus ipse dñus Epus et Epatus Brixensis esset in possessione vel quasi, vel que devenissent, seu de jure devenire debuissent in prefatum Dnum Epum et Episcopatum Brixensem, et specialiter de Decima et Jure decimationis Vallis Surri, de qua dictus Dnus Episcopus et Episcopatus est in possessione, et etiam de Decima et Iure Decimationis terrarum et possessionum spectantium et pertinentium Heredibus q. Stephani f. q. Flemenisi, et Heredibus q. Ugolini q. dni Zeni de Catanijs de Salodo, quam Decimam dictarum terrarum et possessionum predictorum Herendum q. Stephani et Ugolini suprastorum iacentium in terra et territorio de Salodo, prefatus Dnus Epus pacto speciali sibi et Episcopati Brixensi reservavit; tali modo et ordine dictus Dnus Episcopus fecit presentem Investituram, quod dicti Comne et Homines, Vicinia et Universitas ipsius terre de Salodo, amodo imperpetuum habeant, teneant, gaudent, possideant, colligant, percipiant et usufructuent dictas tres partes Decime supraste in Feudum concessas ut supra, cum omni Jure, ratione, usu honore et Jurisdictione dicto Dno Episcopo et Episcopatu Brixensi in dicta Decima quommodolibet spectantibus et pertinentibus. Dans, cedens, et mandans idem Dnus Episcopus predicto Sindico et procuratori recipienti n. et vice quibus supra, et per eum dictis Communi, Hominibus, Vicinie et Universitatis dicte terre de Salodo, omnia Jura,

omnesque rationes, et actiones competentes et que competere possent prefato Dno Episcopo et Episcopatu Brixensi in dictis tribus partibus Decime supraste in Feudum, ut promittitur concessis, ponendo dictum Sindicu dicto n. et per eum predictos Homines, Viciniam, Universitatem et Comne terre predicte de Salodo in Locum, Ius et statum ipsius Dni Episcopi et Epatus Brix. ut in rem Feudalem dicti Episcopatus. Constituendo ipsos Nuntios et Procuratores suos irrevo- cabilis ad pred. Ita quod possint licite agere defendere, petere, exigere, causari, experiri, et se teneri et cetera facere exercere, quemadmodum prefatus Dnus Episcopus et Episcopatus Brix. undique peterat, vel potuisset et posset; pro cuius numeris datione et Feudi recognitione pred. Michelinus, Sindicu et procurator ut supra Juravit ad sancta Dei Evangelia manu tactis corporaliter scripturi fidelitatem prefato Dno Episcopo pro se suisque successoribus, et Episcopatu Brix. recipienti secundum formam Juramenti fidelitatis vas- sallorum dicti Epatus, ipsi Sindico lectam et vulgarizatam per me Notarium infrastum ad ejus intelligentiam. Cujus tenor talis est. Juro ego Michelinus sindicus suprastus sindicario, et procuratorio n. quo supra etiam in Animas mei, et Hominimum et personarum terre pred. de Salodo, quodammodo in Antea, usque ad ultimum diem vite nostre, Ego et dicti Homines, Comne, Vicinia, et Universitas ipsius terre de Salodo erimus fideles Vasalli dicto nostro Dno Thome Dei et Apolice sedis gratia Episcopo Brixensi, Marchioni Duci et Comiti suisque successoribus et Episcopatu Brix. contra omnem Hominem, salvis fideli- tibus priorum Dnorum. Et quod non erimus in facto, vel consilio aliquo modo, quod perdat vitam, vel membrum, vel honorem, vel aliquod Ius sibi, vel Episcopatu competens, vel quod aliquid detri- mentum patiatur in persona, vel rebus, et si sciverimus, vel audive- rimus aliquem velle ledere ipsum Dnum Episcopuni, seu aliquod su- prastorum facere in persona, vel rebus, vel honore, vel jure sibi, vel Episcopatu Brixensi competentibus bona fide pro posse prohibe- bimus et si non potuimus prohibere, ipsi Dno Episcopo, vel ejus Nuncijs, quam citius potuimus, manifestabimus verum consilium, et

auxilium, si a nobis postulaverit bona fine pro posse prohibebimus remoto odio, amore timore, precio, precibus sibi dabimus. Et si contingenteret rem aliquam, quam idem Dnus Episcopus et Episcopatus nunc haberet, vel antea habuit, vel habebit in posterum, injuste vel fortuito casu amisisse, seu amittere, eam recuperare juvabimus, et recuperatam omni tempore retinere. Credentias si quas pro se, vel per Nuncios seu litteris nobis manifestavit, secretas habebimus, et tenebimus, nec aliquo modo vel ingenio alicui pandemus, vel per quod pandantur faciamus in damnum vel detrimentum seu detractorem ipsius Dni Episcopi et Episcopatus; si vocati fuerimus ab ipso Dno Episcopo vel ejus Nuncijs, vel liberis, quam citius potuimus, veniemus nisi justo de impedimento fuerimus impediti, eum, et ejus Nuncios defendemus, salvabimus, et ad salvandam ipsius Dni nostri Personam, Honores, et munitiones per quas tutus esse potest, possessiones, et Jura, consilium, auxilium, et Juvamen ipsi Dno nostro et ejus Nuncijs bona fide pro posse nostro dabimus et nunquam ex nostris Personis aliquid faciemus scienter quod pertineat ad ipsius Dni nostri et Episcopatus predicti injuriam, damnum, vel contumeliam, nec id bonum, quod ipse Dnus noster Epus leviter facere potest faciemus ei difficile, nec ne id quod possibile est, faciemus ei impossibile. Insuper ipsi Dno nostro Epo in omnibus obediendo in quibus Vasalus Dno suo obedire tenetur. Et predicta omnia juro ego Sindicus suprastus dicto nomine bona fide attendere et observare, remotis odio, timore, favore, precio et precibus specialibus damno et utilitate et quibuscumque aliis que humanum inditum pervertere consueverunt. Quibus ita pactis statim prefatus Dnus Epus recepit dictum Sindicum dicto nomine, et per eum dictos Commune, et Homines, et Viciniā ac Universitatem dicte terre de Salodo in suos et Episcopatus Brixie, Vasallos honorevolos prout moris est dicti et Vasallorum dicti Episcopatus.

Ego Jacobinus de Ustiano Notarius Civis Brixensis prefatique Dni Episcopi et Episcopalis Curie Brix. Notarius et scriba hijs omnibus affui, et de eis rogatus sum publicum confidere Instrumentum.

CIV.

1389 —

Supplica del Comune di Tignale al Conte di Virtù.

Inedito 1).

Illustri et excelse dominationi vestre que semper fidelibus suis subditis in aliquibus non deficit humiliter exponitur per vestros fideles subditos homines, comunium et terrarum vestrarum Riperie, territorii tignallis tridenti episcopatus quod per aymum de marliano potestatem vestrarum suprascript. porectum fuit quoddam decretum generale continens quod suprascripta comunia debeant et teneantur curie ac uti vestro et non allio de quo decreto dicta comunia multum aggravantur nec credunt fare vestre bone intencionis quod hoc decretum eis debeat habere locum. Cum hoc sit quod nunquam emerunt tallem sallem. In dictis locis sed semper sunt usi emere et vendere salem ac accipere ubi volunt, et hoc tempore episcoporum tridentinorum ac dominorum dela scala quod etiam velent tunc tamen foret de ipsius dominationis beneplacito eis observari et hoc procedet in maiori comodo intractarum vestrarum de floreno de aureo quolibet anno quam allio modo. Nam ipsi homines temporibus ipsorum episcoporum et dominorum de la scala solvebant florenos X. pro quolibet centenario fallis de clozia et conducebant ipsum sallem de clozia ad ipsam terram Ripperie per veronam et pro introitu Verone solvebantur suprascripti floreni X qui ascendebant ad summam quolibet anno florenorum decem et plus et hoc faciebant absque eorum gravamine et sic velent per vestrarum benignam dominationem, confirmari et isto modo ipsi homines ferventiori animo se exhibebunt promptiores ad servitia vestra et erit bonum speculum per vos allijs circumstantibus et si hoc vestre dominationi non cedit ad gratum eis concedere suplicant quatenus saltem dignemini eis illam concedere

1) Arch. Com. di Tignale.

gratiam quam a viginti diebus citra concessistis comuni Leudri videlicet quod uti possint salle teotonicho ad hoc ut non efficiantur deterioris conditionis ipsius loci quam homines suprascriptorum locorum semper fuerunt legales uti omnibus vestris mandatis, et in futurum intendunt etiam multo magis esse antea vobis quod si hoc non duxeritis faciendum deteriorabit terras vestras et alienas circumstantis facietis melioris conditionis et etiam dominus Johannes azo et dominus guilielmus de bevilaqua promisserunt suprascriptis communibus quando habuerunt terram nostram Ripperie suas consuetudines confirmare et etiam meliorare. Item suplicaat homines dictorum communium et terrarum quatenus cum ipsi habeant quoddam antiquissimum Statutum per vos alias confirmatum eis concedens posse ferre arma tute et libere per districtum ipsorum locorum et terrarum et nuper per ipsam vestram potestatem videatur velle infringi ut appareat vigore cuiusdam cride pro eis parte nuper facte dignemini consideratto quod ipsa terra Ripperie est confinis ad unum milliare ad alienas terra alieno domino sub positas et est terra mercati et accidentum ad mercatum homines diversarum partium illud statutum non fringere quod confirmatum fuit suprascriptis occaxione per antedictos dominos aymo potius confirmare.

CV.

1389 — 7 AGOSTO

Risposta del Conte di Virtù al Podestà della Riviera Aymo de Marliano.

Inedito 1^a.

Virtutum Imperialis vicarius generallis.

Receptis literis tuis ad nostras responsivis super facto decreti nostri et cride tui parte facte quod nulla persona iurisdictionis per nos tibi comisse auderet ferre arma in partibus predicte tue iurisdictionis nec non partiti parte positi in consilio terre nostre Ripperie in

¹⁾ Arch. Com. di Tignale.

executione premissarum literarum nostrarum. Respondamus quod postquam de beneplacito Comunis et hominum predicte terre nostre procedit Contentavimus est pro armis portandis quod statutum ipsius nostre terre de quo ipse tue litere faciunt mentionem quantum est pro armis portandis ut in eo continetur servetur et locum habeat non obstante decreto nostro predicto et crida tui parte facta de quibus supra fit mentio.

Datum Mediolani VII. auḡsti M. III. LXXXVIIIJ.

Francischolus.

A tergo vero scriptum erat

Nobili viro aymo de marlano potestati nostro Ripperie prope tridentum.

CVI.

1395 — 14 MARZO

Testamento di Zambellini fu Bersanini Bolzati

con cui fonda un ospitale in Salò ecc.

Inedito 1).

In Christi nomine. Anno a Nat. ejusd. millimo trecent. nonagesimo quinto Ind. III dic quatordecimo mensis martii. In Salodio in domo infrascriptis testatoris in qua ipse habitat sita in contrata capititis burgi dicte terre Salodii subtus Rochani dicte terre presentibus etc. Ibi Zambellinus f. q. Bersanini Bolzati de Salodio p. Dei gratiam etc.

In primis quidem reliquit et legavit in gaudimento dñe sibille ejus uxoris dicta domum in qua habitat dictus testator positam in Salodio ut supra toto tempore vite sue, ipsa stante honesta et casta, ac sine marito, et post mortem dicte ejus uxoris, vel si aliam vitam teneret quam vitam vidualem voluit et judicavit, quod semper sit et esse debeat unum hospitale ecclesie sancti Johannis capititis burgi

de Salodio deputatum pro hospitando in ea pauperes et miserabiles personas.

Item legavit conventui S. Antonij de Salodio unum florenum in remedio anime sue. Item legavit ac voluit et judicavit quod post mortem ipsius testatoris una domus ipsius testatoris murata et copata jacens in territorio de Vulzano in villa de Cripiano cui coheret (*mancano i confini*) sit et esse debeat semper una eclesia edificata ad reverentiam et sub nomine beati S. Antonij, et quod semper sit capella plebis Dne Sancte Marie de Salodio - Item legavit in gaudimento dicte ejus uxoris toto tempore vite sue unum cortivum jacentem in villa predicta de Cripiano ibi prope, et una petia terre arat. vit. et oliv. jacentem in dicta contrata cui coheret ab una parte heres q. Zanini signori de Cacavero, ab alia parte heres q. Franceschini de Rochis de Salodio salvisque stante honesta et casta ac sine marito, et post mortem dicte ejus uxoris vel si aliam vitam teneret quam vitam vidualem ut supra, tunc deveniet ad dictam ut premittitur Ecclesiam san. Antonii tamquam jure ipsius ecclesie pro adottando eam. Item legavit in gaudimento dicte ejus uxoris toto tempore vite sue una petia terre arat. vit. oliv. jacentem in dicto territorio et contrata, cui coheret ab una parte Gerardus mazij de Cacavero, ab alia parte Butturinus mazij de Cacavero, et ab alia parte fossatum. Ipsa stante honesta etc. et post mortem dicte ejus uxoris vel si aliam vitam observaret.... voluit quod tunc deveniat domo dicti ut premittitur hospitalis dicte Ecclesie S. Iohannis capituli burgi de Salodio, in subsidio possendi pauperes et miserabiles personas in ea habitantes.

Item legavit jure legali in gaudimento dicte ejus uxoris toto tempore vite sue unam petiam terre arat. vit. oliv. jacentem in territorio de Salodio in contr. Montis Rotundi et quod post mortem dicte ejus uxoris vel etc. quod tunc dicta petia terre deveniat in et ad dictam Ecclesiam S. Iohannis Capiti burgi de Salodio, et quod sit et semper esse debeat jure ipius Ecclesie in subsidio vite unios presbyteris manentis et celebrantis divina ollitia in dicta ecclesia.... Item legavit de suis bonis d. francisce de Villa Salodij am. ipsius

testatoris libras quinque planet, in remedio anime sue. Item legavit Antonio Reguliani de Senico de Materno, dominico Sachetti de Scovolo, et d. Jacobe de Scovolo libr. quinque planet. Jubens eos esse tacitos et contentos

Ego ptholomeus f. q. Lazari de Ferraris de Salodio not. super scriptum testamentum fideliter accopavi ab originali suo rogato p. Pasquittinum dictum Capellinum q. Tondini de Salodio not. In fide etc.

CVII.

1396 —

Statuti di Salò sotto la dominazione Viscontea.

Inedito 1).

VOLUMEN Statutorum et Ordinamentorum Comunis de Salodo correctorum et provisorum per Infrascriptos Correctores per Generale Consilium ipsius Comunis electos ad hoc de mense anni cursi millesimi trecentesimi nonagesimi sexti. Indictione quarta (*sillaba cancellata*). Ad honorem domini nostri jhesu christi et Gloriose Virginis Marie Matris ejus ac ad eorum Reverenciam tempore dominationis Illustrissimi Principis (*c' è un' abrasione*).

Nomina quorum Correctorum sunt hec oidelicet:

Francibonus de Gioldis,
 Bertabonus de Picardis,
 Michelinus de botelijs,
 Guielminus de Catanijs,
 Pasquetinus dictus Capelinus et
 Antoniolus de Picardis predictis,
 omnes de Salodo.

1) Ateneo di Salò, mss. perg.

Rubrice dictorum Statutorum dicti Comunis de Salodo.

S.	
Sacramentum Rectorum	i
De Ambaxiatis	ii
De Vetantibus precepta Rectorum	iii
Quod Consul vel Vicarius possit dare bannum cuilibet persone	iv
De pena facientis dedecus officialibus dicti communis	v
Quod Consiliarii teneantur venire ad consilium	vi
Quod unus pro foco teneatur venire ad Viciniam	vii
De pena Consulendi in consilio sive Vicinia ultra prepositum	viii
De pena dicendi contra Rectores	viii
De expensis fiendis per facientes Rixam	x
De mensuribus pensibus et passis templandis	xi
De pena vendentis cum aliqua mensura pense vel passo non bulatis	xii
De pena operantis falsas mensuras passos vel penses	xiii
Quod officiales dicti communis teneantur tentare mensuras penses et passos	xiv
De querimoniis fiendis	xv
Quod Rectores dicti communis possint facere Rationem	xvi
De pena facientis querelam extra terram de Salodio	xvii
Quod Jus sumarium reddatur	xviii
De preceptis fiendis	xviii
De contumaciis et preceptis	xx
De mercatis observandis	xxi
De non appellantis de aliquo consilio	xxii
De pena promittentis adiuvare et postea recusantis	xxiii
De solutionibus fiendis laboratoribus forensibus	xxiv
De solutionibus fiendis laboratoribus tererijs	xxv
De pena tenentis panem minus de pensa	xxvi
Quod non accipiat pignus alicuius mercinarij	xxvii
De pena scorzantis arbores	xxviii

De pena incidentis arbores	xxix
Quod notarius non possit esse Massarius	xxx
Quod notarij sorte elligantur	xxxi
Quod massarij sorte elligantur	xxxii
De Rationibus Massariorum fiendis	xxxiii
Quod massarius teneatur dessignare denarios et pignora	xxxiv
Quod massarius non expendat de avere communis sine licencia	xxxv
De pigneribus accipiendis per massarios	xxxvi
De pena recipiens officium sine licencia consilij	xxxvii
Quod consules sorte elligantur	xxxviii
De officialibus in fraude inventis	xxxix
Quod notarij dicti communis teneantur scribere reformatio-	
nes etc.	xl
De Salario notariorum pro exemplando fodra	xli
De Salario notariorum taxando pro cartis sindicatus	xlii
De Solucione fienda notarijs pro dictis testium	xliii
Quod fides adhibeat raxis seu accorsis factis sive fiendis	
per officiales	xliii
De Camparijs elligendis	xlv
De accusis fiendis cum uno teste fide digno	xlvi
De pena damnum dantis in rebus alienis	xlvii
De pena eundi per vineas et clausuras	xlviii
De eodem	xlviii
De Bestiis pasculandis in plano Salodi	l
De pena pro capra vel Ircho pasculantibus	li
De pena pro pecoris et castronibus pasculantibus intra con-	
fines	lii
De eodem	lii
De pena custodientium bestias pasculantes	liii
De pena gubernantis bestias forensium	lv
Quod siqua persona de Salodo tenebit aliquam personam fo-	
rensem	lvii
De pena manifestantis secreta comunis	lvii

De conservare debentibus indemnem dictum comune pro damno	lviii
De eodem	lviiii
De negligencia officialium dicti communis	lx
Quod quelibet persona teneatur factones (solvere) cum dicto comuni	lxi
Quod Raxe non exigantur donec fuerint publicate	lxii
De appellationibus fiendis pro Raxis	lxiii
De eodem	lxiiii
De eodem	lxv
De conquerentibus de dicto comuni	lxvi
De volumine presentium statutorum leggendo	lxvii
De pena potentis dupliciter solutiones dicto comuni	lxviii
De stratis terminandis	lxviiii
De pena projicientis lapides in viis	lx
De pena cavantis in viis	lxxi
De pena impedientis vias	lxxii
De dugalibus vacuandis	lxxiiii
Quod consules et Rectores teneantur exigere raxas	lxxiiii
Quod exigatur totum quod dictum comune habere debet	lxxv
De pena recusantium solvere dicto comuni	lxxvi
De pena dantis auxilium banditis	lxxvii
Quod si qua persona laborat posessiones alicui teneatur sol- vere pro eo	lxxviii
De pena defficantis terminos	lxxviiii
De terminamentis fiendis	lxxx
De hominibus elligendis pro terminando	lxxxi
De pena transeuntis terminos	lxxxii
De viis aptandis per confinantes	lxxxiii
De perjuramento	lxxxiiii
De pena negantis veritatem coram Rectoribus dicti Comunis	lxxxv
De pena moventis Ruinas et aquas de loco consueto	lxxxvi
De Arboribus umbras facientibus incidendis	lxxxvii

De pena absolvendi aliquos dare debentes dicto comuni	lxxxviii
De pena neglientium precepta officialium dicti communis	lxxxviiii
Quod Rectores non possint licenciare aliquam personam	lxxxx
De pena vindemiantis	lxxxxi
De probacionibus super Accusationibus factis per campa-	
rios non admittendis	lxxxxii
De re inventa designanda	lxxxxiii
De pena recusantis solvere dicto comuni	lxxxxiiii
De non largiendo aliquid de dicto comuni	lxxxxv
De eodem	lxxxxvi
De pena recusantis precepta Anzianorum Andatarum	lxxxxvii
De ordine emendandi guasta et incendia	lxxxxiii
De diebus festivis celebrandis	lxxxxviii
De pena permittentis ire porcos per terram Salodi	c
De porcis caritanis occidendis	ci
De Frondibus facientibus umbras incidendis	cii
De pena elligentis aliquem de sua familia ad aliquod.of-	
ficium	ciii
Quod nemo uno et eodem tempore possit habere bina officia	ciiii
Quod duo de una familia non possint habere officium	cvi
Quod aliquis non possit confirmari in aliquo officio	cvi
De pena tendentis Retia super alienam tesam	cvi
De pena facientium immondicias in fontibus	cvi
De pena advocantis aliquem in potestatem vel vicarium	
in dicto comuni	cvi
De designatoribus ad disignandum vias	cx
De pena gustantis vias	cxi
De ordine terminandi inter tererium et forensem	cxii
De pena blutandis uvas	cxiii
De pena exclamantis heuforas	cxiiii
De pena vendentis vinum male mensuratum	cix
De pena rumpentis raxam	cxi
De pena degustantis aliquam raveram	cvi

De pena addentis vel diminuentis aliquid super volumine presentium Statutorum	cxviii
De pena recusantis precepta officialium dicti communis in solvendo dicto comuni	cxviii
De pena evitantis facere officialem dicti communis	cxx
De verbo dando alicui de aliquo	cxxi
De pena Arengantis sedendo	cxxii
De litteris presentandis officialibus dicti communis	cxxiii
Quod officiales dicti communis teneantur notificare in con- silio dicti communis precepta sibi facta	cxxiiii
De partitis fiendis in consilio sive vicinia dicti communis	cxxv
De sonando Campanam in sero	cxxvi
De pena euntis per burgum Salodi sine lumine	cxxvii
De pena tenentis apertas tabernas de nocte	cxxviii
Quod aliquis non stet in taberna de nocte	cxxviiii
De pena extimantis aliquod dampnum sine voluntate consilij	cxxx
De extimationibus elligendis	cxxxii
De termino limitato faciendi extimare dampna	cxxxii
De modo vendendi vinum ad minutum	cxxxiii
Quod parentes teneantur pro secum stante ad solutionem debiti dicto comuni	cxxxiiii
Quod acusatores habeant terciam partem acuse	cxxxv
De pena acusantis et non substinentis	cxxxvi
De suprstantibus dicti communis elligendis	cxxxvii
De camparijs elligendis tempore congruo	cxxxviii
Quod non sit pena extrajendi capillos minori	cxxxviiii
De malis inquerendis	cxl
De eodem	cxli
De banis non scribendis nisi de voluntate rectoris	cxlii
De probacionibus non fiendis	cxliii
De pena dantis ad garadelum	cxliv
De curendo ad plateam cum armis	cxlvi
De pena sonantis campanam ad stornum	.

De salario facientis rationem masarij	cxlviij
De faciendo rationem per Rectores dicti communis usque ad sumam soldorum xx	cxlviii
De promittentibus aliquos adiuvare ad laborandum	cxlviij
De laborantibus alicui debenti dare dicto comuni	cl
De Bestiis non tenendis pro pasculando	cli
De Remis aganzarijs	cliij
De pena ligantis naves ad ganzeras	cliij
De pena vendentis carnes morbosas	cliijij
De carnibus non emendis per Becharios	clv
De Bechariis	clvi
De Immondiciis bechariorum	clvii
De dictis Bechariis	clviii
De eodem	clviiij
De eodem	clix
De eodem	clxi
De eodem	clxii
De eodem	clxiii
De pena proicientis aquam seu turpitudinem de pontili in stratis	clxijij
Quod dugaglia teneantur aperta	clxv
De pena scorticantis bestias morticias in Salodo	clxvi
De pena ementis pisces pro revendendo	clxvii
De eodem	clxviii
De eodem	clxviiij
De pena euntis in sandalos piscatorum	clxx
De pena ementis bladum pro revendendo	clxxi
De eodem	clxxii
De satis dacionibus dandis in dicto comuni	clxxiiij
De pena custodum clausorum laborantium	clxxiiij
De pena custodum clausorum demorantium in Salodo	clxxxv
De pena lavantis pelles	clxxxvi
De pena facientis injuriam officiali dicti Comunis	clxxxvij

Quod Consul teneatur pignerari facere ad instanciam Massarij	clxxviii
Quod Quilibet etatis annorum quatuordecim et abinde supra teneatur ad custodias	clxxviiii
De pena procurantis contra comune predictum	clxxx
Quod quilibet de mense septembris teneatur ire ad reaptandas vias	clxxxi
De eodem	clxxxii
De satsidacionibus dandis in dicto comuni quolibet anno de mense Januarij	clxxxiii
De eodem	clxxxiiii
De circhis fiendis cum crucibus per tres dies ante A- scensionem domini nostri	clxxxxv
De eadem	clxxxvi
De pena ligantis bestias subter domum dicti communis	clxxxvii
De pena tenentis imbrigatam dictam domum dicti communis	clxxxviii
Quod ministralis dicti communis teneatur desbrigari fa- cere dictam domum	clxxxviiii
De pena plantantis arbores prope confines	clxxxx
Quod quelibet persona teneatur accipere salem infra terminum limitatum	clxxxxxi
De Racione salis fienda	clxxxxxii
De mensuratoribus vini olei et aque	clxxxxxiii
De eodem	clxxxxxiiii
De mensuratoribus ablado	clxxxxv
De pensatoribus	clxxxxvi
De pena pensantis sine pensa communis	clxxxxvii
Quod Reformaciones habeant unum statum	clxxxxviii
Quod aliqua statuta non sint contraria decretis domini nostri ducis etc.	clxxxxviiii
Quod quilibet consiliarius possit accusare	cc
Quod tererius possit accusare forenses	cci
De damnis reficiendis in vili dicti communis	ccii
Deexpensis masariorum legendis in consilio dicti communis	cciii

Sacramentum Rectorum.

i

Juro Ego Consul vel Vicarius communis de Salodo et eiusdem hominum et universitatis ad Sancta dei Evangelia Quod Bona fide sine Fraude Regam et gubernabo Comune de Salodo Avere et personas tam Masculos quam feminas tocius districtus dicti communis et omnes Raciones dicti communis. Et specialiter raciones orfanorum viduarum et miserabilium personarum. Et eciam omnium aliarum personarum Que Jurabunt Fidelitatem et suimentum Michi Consuli vel Vicario toto tempore mei Regiminis et attendam et observabo omnia que in hoc ordinamento continentur vel que ordinata fuerint et ordinabuntur per consilium sive Viciniam dicti communis aut per Majorem partem dicti consilii sive vicinie toto meo posse. Et hoc ad voluntatem Majoris partis dicti consilij aut dicte vicinie. Et predicta omnia attendam et observabo Remotis odio Amore timore precio precibus Cujuslibet persone.

De Ambaxiatis.

ii

In primis statutum et ordinatum est Quod si qua persona appellata fuerit seu citata per Ministram vel nuncium dicti communis quod deberet comparere coram consule seu Rectore dicti communis proracione alicui facienda et Recusaverit comparere, Solvat pro banno comuni de Salodo sive ejus Masario qualibet vice planetos Sex. Et qui fecerit querelam et eciam non compaverit sequutum tantundem solvat qualibet vice de bamno dicto Comuni.

De Vetantibus precepta Rectorum.

iii

Item statutum et ordinatum est, Quod si qua persona esset coram Consule sive Vicario dicti communis Et vitaret eius precepta solvat de bamno soldos duos planetorum qualibet vice vel minus ad voluntatem dicti consulis vel vicarii. Et si appellata fuerit per ipsum Consulem vel Vicarium sive nuncium qui Juret mandata ipsius consulis sive Vicarii. Et si recusaverit Jurare quod tunc consul aut Vicarius

possit facere sonari campanam ad consilium. Et tunc talis persona recusans Jurare sua mandata solvat pro banno dicto comuni soldos quinque planetorum et hoc qualibet vice.

Quod Consul vel Vicarius possit dare bannum cuilibet persone. **iii**

Item quod consul vel Vicarius dicti communis possit dare bannum cuilibet persone vitandi sive recusandi venire ante se, sive coram eo usque ad sumam Soldorum duorum planetorum qualibet vice, si appellata fuerit personaliter vel ad habitacionem eius aut dictum, et denunciatum fuerit alicui de sua familia per Ministram, aut nuncium dicti communis.

De pena facientis dedecus officialibus dicti communis. **v**

Item quod siqua persona fecerit dedechus consuli vel Vicario dicti communis aut eius locum tenentis faciendo officium communis solvat pro banno soldos quinque planetorum qualibet vice.

Quod consiliarii teneantur venire ad consilium. **vi**

Item quod quilibet consiliarius dicti communis teneatur venire ad consilium dicti communis pena imperialium duodicim pro qualibet vice et minus ad voluntatem dicti consulis. quociens appellatus fuerit. personaliter vel ad eius habitacionem per ministram vel nuncium communis vel audiverit campanam sonari ad consilium, et si venerit postquam propositum erit solvat medietatem (*segue in cartare diverso scritto in margine*): et quod nullus possit esse de consilio dicti communis nisi sit oriundus communis Salodi. salvo quod qui sunt et hodie fuerunt admissi pro consiliariis, intelligantur et habeantur ipso facto pro oriundis de Salō.

Quod Unus pro foco teneatur venire ad Viciniam. **vii**

Item quod quilibet mayor de domo videlicet unus pro foco teneatur ed debeat venire ad Viciniam quociens precepta fuerit de mandato Rectoris dicti communis pena et banno sex planetorum pro

quolibet et qualibet vice, et si venerit posquam fuerit propositum solvat medietatem tantum (*segue in carattere diverso ma cancellato*): Et quod aliqui non possint esse de vicinia n.

De pena Consulendi in consilio sive Vicinia ultra prepositum. viii

Item quod nemo consulat in consilio nec vicinia dicti communis ultra propositum bamno sex planetorum qualibet vice nec consulat id quod aliter consuluerit sub dicto bamno.

De pena dicendi contra Rectores. viiiii

Item signis coram Rectoribus dicti communis notario vel massario eiusdem communis aut nunc dictorum rectorum dixerit quod faciet malum aut damnum dicti communis vel quod perorabit dictum comune solvat pro bamno qualibet vice soldos duos planetorum.

De expensis fiendis per facientes rixam. x

Item quod si qua persona fecerit rixam in districtu de Salodo tenetur solvere omnes expensas quas comune de Salodo substinuerit illa de causa.

De mensuribus pensibus et passis templandis. xi

Item quod omnes mensure penses et passi debeant templari asesti et bolari bullo communis Salodi sive comunitatis riperie prout ordinatum fuerit.

De pena vendentis cum aliqua mensura pense vel passo non bulatis. xii

Item quod aliqua persona non audeat nec presumat emere nec vendere cum aliqua mensura pense vel passo que non erit bulata et atemplata per officiales dicti communis sub pena soldorum duorum planetorum pro qualibet vice.

De pena operantis falsas mensuras passos vel penses. xiii

Item quod aliqua persona non debeat tenere nec operari aliquam mensuram pensem nec passum falsum aut falsam in territorio Salodi sub pena soldorum decem planetorum pro qualibet persona et qualibet vice. et qualibet mensura pense vel passo et cumburendi in platea pubblica dicti communis talem mensuram falsam pensem aut passum falsum.

*Quod Officiales dicti communis teneantur tentare mensuras
penses et passos.* xiv

Item quod officiales de Salodo facere teneantur tentare omni mense ad minimum in die martis semel mensuras penses et passos vel tentari facere si sunt iuste vel iusti et plus ad suam voluntatem et solutionem non accipere nec permittere accipi ab illis quorum essent mensure penses et passi nisi semel in mense et specialiter de una quaque dictarum mensurarum unum planetum pena et bamno soldorum duorum planetorum pro qualibet et qualibet vice.

De querimoniis siendis. xv

Item quod si fieret querimonia per alias personas coram rectore communis de Salodo quod aliquis non debeat dicere in servicio alicuius partis occasione dicte querele bamno tres planet. qualibet vice, nisi specialiter electus fuerit per aliquam dictarum parcium ad dicendum rationem suam.

Quod Rectores dicti communis possint facere rationem. xvi

Item quod rectores communis de Salodo possint et teneantur facere et reddere rationem cuilibet persone conquerenti de aliqua persona communis de Salodo coram eis usque ad summam soldorum centum ¹⁾ viginti planetorum.

¹⁾ La parola *centum*, ad eccezione del *c*, è scritta sul margine con inchiostro sbiadito, e la parola *viginti* è sotto punteggiata come soppressa.

De pena facientis querelam extra terram de Salodo. xvii

Item quod aliqua persona communis de Salodo non debeat facere aliquam querelam de aliquo vel aliqua de Salodo extra terram de Salodo usque ad summam soldorum viginti ¹⁾ planetorum pena quinque soldorum planetorum cuilibet contrafacenti et qualibet vice et refaciendi omnis damni et expense illi — de quo querelam fecerit contra predicta.

Quod Jus sumarium reddatur. xviii

Item quod dicti Rectores Jus sumarium facere et reddere teneantur cuilibet conquerenti de aliquo coram se usque ad summam soldorum quinque ²⁾ planetorum. et nemo usque ad dictam summam petat sibi dari petitionem inscriptis sub pena soldorum sex planetorum pro qualibet vice et a quinque soldis planetorum supra procedant de Jure.

De perceptis fiendis. xviii

Item quod dicti rectores faciant preceptum de mercato cibo et potu ad decem dies et de mutuo ad quindicim dies.

De contumacijis et perceptis. xx

Item quod si quis vel si qua Recusaverit comparere pro faciendo Racionem alicui persone ter et descriptus fuerit in bamno in actis communis, vel preceptum ei factum fuerit voluntarie ad decem vel ad quindicim dies, ut continetur, et ad dictum terminum non solverit, vel si preceptum factum fuerit per dictos rectores ad terminos predictos, vel aliquem eorum retenta in, et non solverit, vel non

1) Sopra la parola *viginti* trovasi scritta l'altra parola *centum*; ma in carattere un po' diverso e con inchiostro più languido; e ciò prova che nel sospetto § il *centum* fu sostituito al *viginti*.

2) Sopra la parola *quinque* sta scritto con carattere più minuto ed inchiostro più sbiadito la parola *centum*.

probaverit legittime de Jure suo , quod rectores predicti possint et debeant mittere ad instanciam creditoris ad Intromittendum de bonis mobilibus talis debitoris eius. Et postea elapsis tribus diebus, si debitor non comparuerit debito modo in Jure dicto creditori suo, quod rector faciat fieri solucionem creditori de rebus intromissis. Visa prius et cognita debiti declaracione.

De Mercatis observandis.

xxi

Item quod rectores communis de Salodo teneantur et debeant facere facere firmum esse stabile et attendi omne mercatum factum in districtu Salodi aut spalmantium vel benedictum et de eo Jus reddere et facere cuilibet conquerenti coram eis 1) usque ad summam S. centum planetorum.

De non appellantis de aliquo consilio.

xxii

Item quod aliqua persona non possit nec debeat se appellare extra terram de Salodo de aliquo consilio, vel Sentencia dato et lata coram officio sive rectoribus communis de Salodo, et per eos vel aliquem eorum aliqua de causa, usque ad sumam soldorum centum planetorum. St. se appellare possit ad sapientem illius terre de Salodo eo modo, quod dicti Sapientes qui affirmentur ad ipsam appellacionem diffiniendam, si placuerit alicui partium possint et debeant expensis partium deliberare cum sapientibus Juris, et qui contra fecerit non valeat. et solvat pro banno comuni de Salodo soldos quinque planet. qualibet vice.

De pena promittentis adjuvare et postea recusantis.

xxiii

Item quod siqua persona promiserit adiuvare aliquem laborare, et recusabit eum adiuvare Solvat Soldos duos planet pro quolibet die, et qualibet persona , et si promiserit adiuvare cum bobus, et non

1) Le parole in corsivo sembrano state aggiunte dopo, essendo diverso il carattere e più sbiadito l' inchiostro.

servaverit Solvat pro banno soldos quatuor planet qualibet vice, et si ille cui promitteretur adiuvari non vellet laboratorem ponere ad opus, solvat ut supra pro qualibet die, et hoc si querela de eo fieret, affirmando facere ille qui ficeret querelam sic esse verum.

De solucionibus fiendis laboratoribus forensibus. xxiiii

Item quod si quis poneret laboratorem forensem ad opus, incontinenti solvat ei mercedem suam. Alioquin maneat ad eius expensas donec ei satisficerit, et rectores communis tencantur predicta facere attendi.

De solucionibus fiendis laboratoribus tererijs. xxv

Item si quis poneret aliquam personam tereriam ad laboreni te-neatur ei solvere mercedem suam ad tertiam diem, et si de eo querela fieret, Rector dicti communis faciat Jurare debitorem solvere creditori de mercede, ad dictum termirum incontinenti.

De pena tencitis panem minus de pensa. xxvi

Item quod aliqua persona non debeat apportare nec tenere panem minus de pensa nec turpem nec male coctum in districtu de Salodo pro vendendo sub pena soldorum duorum planet. pro qualibet vice et ultra denariorum sex pro quolibet pane et amittendi dictum panem sic repertum ut supra.

Quod non accipiatur pignus alicuius mercenarij. xxvii

Item quod aliqua persona non debeat accipere aliquod pignus alicuius mercenarij, hominum de Salodo bauno soldorum duorum planet cuilibet contra facienti qualibet vice, et restituendi dictum pignus sine aliqua prestacione pecunie, sub dicta pena et banno, et nichilominus teneatur ad Restitucionem dictorum pignorum.

De pena scorzantis Arbores. xxviii

Item si quis Scorzaverit vel Scorzari fecerit in districtu Salodi aliquam olivam pomum pirum vel aliquam aliam arborem fructiferam Solvat pro banno soldos decem planet. si fuerit in die. et si fuerit de nocte Solvat soldos viginti planet qualibet vice, et pro qualibet arbore, et de ramo inciso dictorum. solvantur de banno soldos duos planet. qualibet vice, et damnum in duplum Reficiat pacienti.

De pena incidentis arbores. xxviii

Item quod siqua persona inciserit in districtu Salodi aliquam olivam sicutum pirum pomum vineam vel eius ponticum solvat pro banno soldos decem planet si fuerit in die, et si fuerit in nocte Solvat soldos viginti planet, qualibet vice, et qualibet arbore fructuum ut supra, et damnum in duplum restituat pacienti.

Quod notarius non possit esse Massarius. xxx

Item quod aliquis notarius non possit esse massarius generalis communis de Salodo.

Quod notarij sorte elligantur. xxxi

Item quod unus notarius sorte elligatur in consilio vel vicinea qui duret per unum mensem et habere debeat pro suo Salario soldos quadraginta planet, pro mense et facere tenetur scripturas communis videlicet recepta et expensas massarij et Reformationes communis sine aliquo precio, e: omnes alias scripturas communis, preter Cartas atestatas in inquisitores, et Retractumi de quibus habeat ut ordinatum est vel fuerit per dictum Comune, et cesset ab ipso officio per unum annum.

Quod Massarij sorte elligantur. xxxii

Item quod unus Massarius Generalis sorte in dicto consilio vel vicinea elligatur qui duret per unum mensem et habeat quadraginta

soldos planet. pro mense, pro suo Salario , et casset ab illo officio per tres annos, qui perfecte debeat Jurare de gerendo dictum suum officium bene et legaliter et de salvando avere et rationes dicti communis que pervenerint ad suas manus in dicta Massaria, et de faciendo et reddendo in exitu sui officij dicto comuni bonam et legalem ratiomem de omni Eo quod ad eius manus pervenerit in sua massaria de avere dicti communis.

De Rationibus Massariorum fiendis.

xxxiii

Item quod Rectores predicti communis fac.¹⁾) teneantur facere fieri rationem massarij dicti communis infra octo dies post exitum sui officij pena massario ²⁾), et consoli et vicarijs eorum, quinque soldos planet pro qualibet die. et quod sancta Ratione sue massarie, item Massarius debeat novo massario designasse et dedisce infra terciam diem totum quod debet reffondere sub dicta pena pro qualibet die.

Quod Massarius teneatur designare denarios et pignora. xxxiv

Item quod in massarius communis teneatur et debeat designare facientibus rationem suam omnes denarios ed pignora dicti communis que habet, et ad eius manus pervenerint anno quo incipient facere dictam rationem pena quinque soldorum planet si invenietur penes se decem soldi planet vel inde supra non dessignatos, Et decem soldos planet si invenietur penes se viginti soldi planet vel abinde supra non dessignatur qualibet vice.

*Quod Massarius non expendat de Avere communis
sine licencia.*

xxxv

Item quod dictus massarius non possit expendere de Avere communis absque licencia consilii dicti communis.

1) Questa parola *facere* è certamente cancellata.

2) Le parole in corsivo trovansi aggiunte sopra la riga.

De pignoribus accipiendis per massarios xxxvi

Item quod si dictus massarius sponte et voluntarie acciperis aliquod pignus ab aliqua persona pro eo quod deberet dicto communione teneatur facere cancelari illam personam de libris dicti communis de eo pro quo illud pignus acciperit, et pro illa persona solvere id, de quo fuerit cancelata.

De pena recipientis officium sine licencia consilij. xxxvii

Item quod si quis recipit officium consularie, notariatus vel mas-
sarie, vel aliquod officium, unde habeat salarium, sine licencia con-
siliij dicti communis, solvat pro banno qualibet vice soldos quinque
planet. Et nihilominus dimittat dictum officiari, et se de eo non
Intromittat.

Quod consules sorte elligantur. xxxviii

Item quod Consules dicti communis sortibus elligantur in consilio
vel vicinea dicti communis, et durent per unum mensem, et habere
debeant, pro suo salario soldos quatraginta planet. pro qualibet mense,
et cesseret ab ipso officio per unum annum pena et banno cuilibet
contrafaciens soldos quinque planet, pro qualibet, et qualibet vice.

De officialibus in fraude Inventis. xxxviii

Item quod si quis officialis communis de Salodo inventus fuerit in
fraude sui officij solvat pro banno quinque soldos planet qualibet
vice, et si de avere communis aliquo modo per fraudem acciperit,
solvat de banno viginti soldos planet. Et damnum in duplum re-
stituat, et ab omni officio dicti communis cesseret per quinque annos.

*Quod notarii dicti communis teneantur scribere
Reformationes etc.* xl

Item quod notarius communis teneatur scribere omnes Reforma-
tiones, et concordancias utiles factas in consilio vel vicinea dicti

comunis in uno quaterno per se , vel fiendas , et exemplum unum expensarum factarum per tunc eius massarium , quod remaneat in archivio communis sub pena soldorum quinque planet. pro qualibet Reformatione, et concordatione, ac exemplo non facto.

De salario notariorum pro exemplando fodra. xli

Item quod dictus notarius habere debeat de qualibet fodro per eum scripto et affirmato soldos quatuor planetorum.

De salario notariorum taxando pro cartis sindicatus. xlui

Item quod dictus notarius debeat facere brevarias de cartis sindicatus communis quas ordinabit et illas cartas facere sufficientes , et habere de qualibet carta a dicto comuni secundum taxationem fiendam per Racionatores dicti communis.

De solutione fienda notariis pro dictis testium. xluiii

Item quod dictus notarius de dicto cuiuslibet testis loquentis ad factam Inquisitionem per rectorem dicti communis habeat quatuor planet. usque ad quatuor testes, et non de pluribus , et de non loquentibus ad facta nihil habeant, salvo si fecerit inquisitionem, de qua aliquod non reperiatur tunc a dicto comuni habeat sex planet pro scriptura, et non plus.

Quod Fides adhibeatur raxis seu Accusis factis sive fiendis per officiales communis. xlvi

Item quod credatur dicto et accusationi consulis dicti communis et illius qui esset loco alicuius predictorum, et cuiuslibet de consilio et cuiuslibet notarii et massarij communis de Salò. Ita quod quilibet predictorum possit acusare quamlibet personam, et bestiam facientem vel venientem contra statuta dicti communis et ordinamenta. Et contra provisiones eiusdem communis, et contra reformatores consilij et vicinie eiusdem communis. Ita quod sic accusatus baniatur et condemnetur, tamquam esset accusatus per officiales ad hoc prestantes dicti communis

electos. Et eciam scripture notarij dicti communis vel alterius loco eius facte similiter credantur.

De Camparijs elligendis.

xlv

Item quod Camparij Elligantur per consiliarios dicti communis ad voluntatem consilij dicti communis et durent per *unum*¹⁾ *mensem*. Et accusare possint et teneant²⁾ quamlibet personam et bestiam facientem vel damnum dantem supra territorio de Salò. in possessionibus vicinorum dicti communis. Et acta facta per aliquem eorum credatur et valeat³⁾ qui habeant soldos quaraginta planet. pro quolibet in medium partem accusantes per ipsos *factores* dempto campario, qui possit ad sermer. qui tunc habeat soldos decem planet et tria planet accusatores et plus et minus arbitrio consilii.

De Accusis fiendis cum uno teste fide digno.

xlvii

Item quod quilibet possit accusare cum uno teste fide digno quamlibet personam vel bestiam facientem et damnum dantem in territorio Salodi, ipso jurante tunc vera esse que in dicta accusa continetur, et valeat tamquam facta foret talis accusa per supstantem seu camparium ad hoc electum.

De pena damnum dantis in rebus alienis.

xlviii

Item quod aliqua persona non debeat facere nec dare damnum in rebus alienis in territorio Salodi pena soldorum quatuor planet pro quolibet, et qualibet vice si major, si vero minor soldorum

1) Le parole *unum mensem* sono soprascritte in carattere diverso alle parole primitive *medium annum*.

2) Dopo la parola *teneant* trovasi un segno di richiamo ad alcune altre parole soprascritte alla riga stessa ed in carattere diverso, e sono: « *in qualibet squadra sed non sua cuiuslibet juris.* »

3) Dopo la parola *valeat* trovansi cancellate con una riga le seguenti parole: « *in quod proba vel defensio in contrarium non recipiatur, et si recepta vel producta fuerit, pro nulla habeatur.* »

duorum planet. si fuerit in die, et si fuerit in nocte solvatur duplum
Et intelligatur a quatuordicim annis supra, Et minor a XIII. annis
infra, Et damnum in duplum pacienti emendetur. Et illud idem
damnum intelligatur de personis et bestiis dantibus damnum vicinis
de Salò in suis rebus extra districtum Salodi.

De pena eundi per vineas et clausuras. xlviij

Item quod aliqua persona non vadat per alienos ortos, blavas,
vineas et clausuras per totum annum ¹⁾ a Kalendis etc.

De eodem. xlviijj

Item quod aliqua persona non vadat per alienum a kalendis no-
vembris usque ad kalendas aprilis banno sex planet. qualibet vice.
Et soldum unum cuilibet conducenti bestias sine plaustro et soldos
duos planet cuilibet conducenti plaustrum qualibet vice, Et hoc ubi
non sint blave nec labores.

De bestiis pasculandis in plano Salodi. 1

Item quod Bestie bovine Equine Muline et asenine non debeant
pascolare in plano Salodi videlicet a foramine vexani et cengulo de
pontino et a pontesello de sarniga inferius pena soldorum duorum
planetorum pro quolibet et qualibet vice illi, cuius essent dicte bestie
vel bestia, nisi foret super suum, et Emendandi damnum. si fuerit
in die. et si fuerit de nocte solvendi duplum.

De pena pro capra vel ircho pasculantibus. li

Item quod aliqua capra vel ircus non debeat pascholare in piano
Salodi a dictis confinibus inferius super alieno banno soldi unius ²⁾

¹⁾ Le parole *per totum annum* sono soprascritte con inchiostro più sbiadito alle
primitive, e sembrano sostituite alle seguenti *a kalendas aprilis usque ad kalendas novem-
bris sub dicta pena et banno* che sono sottosegnate.

²⁾ Sopra *unius*, che pare cancellato, trovasi *duorum* pur esso cancellato; poi *viginti*
in carattere ed inchiostro diverso.

planet pro qualibet, et qualibet vice, si fuerit in die, et si in nocte banno dupli, et emendandi damnum.

De pena pro pecoris et castronibus pasculantibus intra confines. lii

Item quod aliqua pecora, aries. Agnus Castronus vel Montonus non debeat pasculare a dictis confinibus inferius super alieno, banno soldi unius planet. pro qualibet dictarum bestiarum, et qualibet vice, et emendandi damnum.

De eodem. liii

Item quod sique bestie de suprascriptis Maneriebus pascholarent super alieno in laboribus ultra dictos confines solvant bannum superius nominatum, preter quod si dicte bestie pascolarent in Vegris, vel nemoribus solvant bestie bovine Asenine equine et Mulinæ pro qualibet et qualibet vice, vel capre, vel irci ¹⁾) medietatem banni superius nominati, pecore vero et alie similis condicionis solvant tantum soldos pl. duos pro qualibet et qualibet vice.

De pena custodientis Bestias pasculantes. liiii

Item quod siqua persona custodierit aliquas bestias pascholantes contra predicta statuta, solvat de banno qualibet vice soldos *duos* ²⁾ planet si fuerit in die, et si fuerit in nocte solvat bannum in duplum et duplicetur dicta pena eidem.

De pena gubernantis bestias forensium. lv

Item quod aliqua persona non debeat tenere nec gubernare in districtu Salodi alias bestias alicuius forensis causa pascolandi pena, vel banno soldorum duorum planetorum qualibet vice et solvendi bannum pro ipsis bestijs, et emendandi damnum in duplum quod facerent vel darent ipse bestie vel hoc in territorio Salodi.

1) Dopo *irci* c' è un richiamo alle parole *et pecore ut supra* scritte sopra la riga.

2) Sulla parola *duos* trovasi scritta con inchiostro più nero la parola *quatuor*.

*Quod si qua persona de Salodo tenebit aliquam personam forensem
teneatur emendare damnum etc.* lvi

Item quod si aliqua persona de Salodo hospitaret vel teneret aliquam personam forensem per octo ¹⁾ dies, quod pro ipsa forense persona teneatur solvere bannum et emendare damnum quod daret, vel faceret illa talis persona forensis in districtu Salodi. Et eciam extra districtum in rebus vicinorum de Salodo.

De pena manifestantis secreta communis. lvii

Item quod si quis manifestaverit aliquid quod dictum sit per credentiam occasione alicuius negotij dicti communis debere taceri et secretum teneri solvat pro Banno soldos quinque planet qualibet vice et cesseret ab omni officio dicti communis per decem annos.

De conservare debentibus indemnne dictum comune pro damno. lviii

Item quod si damnum daretur super territorio de Salodo, et comune inde substinent aliquod damnum ea de causa, ille qui fecerit vel dederit dictum damnum teneatur dictum Comune et eius officiales indemnes conservare.

De eodem. lviiii

Item quod si aliqua persona occasione fractionis banni vel alia de causa, fecerit vel dixerit aliquid, unde comune predictum paciatur damnum, teneatur dictum comune indemnem conservare suis proprijs expensis.

De negligencia Officialum dicti communis. lx

Item quod si per negligentiam alicuius officialis, vel sindici communis, vel per fallum, damnum comune sustineret, vel supportaret aliquod damnum, Ille talis officialis, aut sindicus, cuius negligentia

1) Al di sopra della parola *cete* sta scritto in carattere diverso *tres*.

vel fallo dictum comune illud damnum substineret vel supportaret, teneatur et debeat dictum comune indemnem conservare suis propriis expensis.

*Quod quelibet persona teneatur solvere factiones
cum dicto comuni.*

lxii

Item quod quelibet persona habitatur Salodi vel ejus teritorj solvere teneatur et subire onera et factiones tam civilia quam vicinia cum comuni de Salodo, et tam realia quam personalia, et solvere fodra datias. Banna vel raxas prout et secundum quod solvunt alij Vicini dicti communis pena, et banno contenta in statutis et ordinamentis communis predicti factis aut fiendis.

Quod Raxe non Exigantur donec fuerint publicate. lxii

Item quod Banna et raxe dicti communis non exigantur per aliquam personam donec scripta fuerint per notarium communis vel per alium qui esset loco eius super libris dicti communis, et donec lecte et pubblicate fuerint in consilio publico, vel in publicha vicinia dicti communis. Et quod aliquis non recipiat denariorum nec avere dicti communis, nisi Massarius ipsius communis, vel alius qui sit loco eius, et de eius voluntate.

De appellationibus fiendis pro Raxis. lxiii

Item quod siqua persona lecta et publicata fuerit aut eius bestia in vicinia vel consilio communis predicti de Salodo de bannis Raxis condemnationibus et aliis causis possit et ei liceat infra octo dies, ex quo lecta et publicata fuerit in dicta Vicinia, vel in consilio se ad sapientes Juris appellare, de qua appellatione appellans faciat fierit publicum instrumentum, et tunc deponat in manibus Masarij dicti communis quinque soldos planetorum pro expensis fiendis per dictum comune, et eius sindicos. Alioquin Appellatio non Valeat, nec admittatur, et si se appellaverit aut non adimpleverit omnia predicta id de quo lecta et publicata fuerit, Solvere teneatur dicto comuni

sine ulla probacione vel defensione in contrarium recipienda , et si producta vel Recepta fuerit, pro nulla habeatur.

De eodem.

lxiii

Item quod siqua persona movere voluerit questionem de aliqua re super aliquo negotio cum comuni de Salodo , Appellans se ad sapientem Juris vel ex parte Judicis vel alterius officialis communis Riperie litteras produixerit, quo teneatur in manibus Masarij dicti communis deponere soldos quinque planet pro expensis nuncij, vel nunciorum communis pro ipsa questione fienda ad voluntatem rectoris dicti communis. Et si questionem amisserit vel eam relinquerit solvat pro banno soldos duos imperiales qualibet vice comuni predicto et omnes expensas quas dictum comune substинuerit occasione illius questionis.

De eodem.

lxv

Item quod siqua persona se ad sapientem Juris appellaverit pro aliquo quod teneretur dicto comuni , vel alia de causa , et amisserit questionem vel eam relinquerit solvat omnes expensas, quas dictum comune substинuerit dicta de causa, et si dictam questionem vincerit nichil Solvat de expensis comuni, nisi illas quas fecerit videlicet suam partem..

De conquerentibus de dicto comuni.

lxvi

Item quod si qua de districtu communis predicti conquereretur de comuni de Salodo et amisserit questionem vel eam relinquerit Solvat omnes expensas quas dictum comune inde substинuerit.

De volumine presentium Statutorum legendo.

lxvii

Item quod notarij dicti communis facere teneantur ad minus semel suo tempore legere in vicinia publica dicti communis presens volumen Statutorum.

De pena pelentis dupliciter soluciones dicto comuni. lxviii

Item siqua persona petierit solutionem dicto comuni alias sibi factam Solvat pro danno duos Soldos planet qualibet vice, et si illam solutionem receperat solvat quinque soldos planet de banno et in duplum restituat quod recepit a dicto comuni.

De stratis terminandis. lxviii

Item quod strate et Vie communis debeant terminari in districtu Salodi ad voluntatem consilij dicti communis, et ipsis terminatis debeant expediri et aptari videlicet quilibet iuxta suum banno duorum sold. planet. pro qualibet persona, et in quolibet loco, et qualibet vice, ad terminum eis datum per Rectores dicti communis. Et predicta Rectores dicti communis teneantur facere adimpleri et fieri facere in voluntatem consilij vel Vicinie dicti communis.

De pena procientis lapides in viis. lxx

Item quod aliqua persona non ponat lapides in viis nec in stratis dicti communis banno soldorum duorum qualibet vice, nisi esset verbo consilii. Et qui illos posuerit in dictas vias et stratas removere et exportare debeant extra dictas vias et stratas ad voluntatem rectorum dicti communis sub dicta pena, et banno duorum soldorum planetorum pro qualibet vice.

De pena cavantis in viis. lxxi

Item quod aliqua persona non faciat nec fieri faciat aliquod cavamentum in Viis vel stratis communis de Salodo predicta pena, et banno duorum soldorum planet qualibet vice. Et sub dicta pena et banno teneatur illud cavamentum Implere ad voluntatem Rectoris communis predicti.

De pena impeditis vias.

lxxii

Item quod aliqua persona non impedit nec imbriget nec impediri nec imbrigari faciat Vias nec stratas communis predicti pena soldorum duorum planetorum qualibet vice, et omne impedimentum factum vel habitum in eiusdem viis et stratis tollatur et removeatur ad voluntatem dicti rectoris communis predicti, sub dicta pena et banno.

De dugalibus vacuandis.

lxxiii

Item quod dugalia debeant designari in territorio Salodi ad voluntatem consilij dicti communis, et ipsis designatis debeant vacuari et expediri ad voluntatem rectoris communis predicti. Et vacuatis et expeditis teneri et manuteneri pena cuilibet contrafaciens soldorum duorum planetorum qualibet Vice.

Quod Consules et Rectores teneantur exigere raxas. lxxviii

Item quod Vicarius vel consules aut rectores dicti communis aut eorum locumtenentes ¹⁾ teneantur exigere omnia bauna raxas, fodra et datias exigenda et exigendas tempore sui uffici, et qui imponentur tempore predicto per dictum comune et eius consilium vel viciniam, et hoc si dicta banna vel raxe lecte et publicate fuerint in publica vicinia sive consilio dicti communis. Et si non Exigerint predicta banna raxas fodra et datias a qualibet persona habente in bonis. Unde comuni possit satisfieri. dicti vicarius, consules ²⁾ aut Rectores vel eorum locumtenentes de suo proprio solvere teneantur id, quod predicte persone solvere tenerentur.

1) In carattere ed inchiostro diverso è stato aggiunto in margine: « *aut massarij si non est massarius deputatus* ».

2) Come sopra è stato aggiunto in margine: « *massarij etc.* ».

Quod exigatur totum quod dictum habere debet. lxxv

Item quod dicti Rectores ¹⁾ communis predicti Exigere teneantur sacramento et toto suo posse totum quod dictum comune deberet habere aliqua de causa.

De pena recusantium solvere dicto comuni. lxxvi

Item quod Rectores dicti communis teneantur dare bannum *sed factum primum statutum* ²⁾ cuilibet persone debenti aliquod dare dicto comuni aliqua de causa, si non venerint parere Mandatis eorum.

De pena dantis auxilium banditis. lxxvii

Item quod aliqua persona communis de Salodo et ejus territorio non debeat prebere nec dare alicui bandito vel bandite communis de Salodo lecto et lecte publicato et publicate in publica vicinia seu consilio dicti communis auxilium consilium, juvamen, aut favorem nec bibere nec comedere cum eo, vel ea, nec in domum suam, nec in quam habitet nec cum eo vel ea contrahere, nec ad laborem ponere banno cuilibet contrafacenti et qualibet vice soldorum quinque planetorum.

*Quod siqua persona laborat posessiones alicuius teneatur
solvere pro eo.* lxxviii

Item quod si aliqua persona de Salodo et habitatrix Salodi et eius territorij in districtu dicti communis, et laboret aliquam posessionem vel teneret domum alicuius persone debentis aliquid dare et solvere dicto comuni de Salodo, teneatur et debeat solvere eidem comuni totum quod talis persona teneretur dicto comuni quacumque de causa usque ad quantitatem quam asendunt res dicti dare debentis comuni predicto.

1) Dopo *Rectores* c' è un segno di richiamo alle parole *sive Massarij* scritte sopra la riga in carattere diverso.

2) Le parole in corsivo furono aggiunte in carattere diverso.

De pena deficantis terminos.

lxxviii

Item quod aliqua persona non debeat deficere aliquos terminos in districtu Salodi nec aliquem terminum, nec etiam afficare, nisi hoc faceret debito modo ad voluntatem partium aut precepto rectorum dicti communis pena et banno cuiuslibet contrafaciens de soldis vi-ginti planet. qualibet vice et pro quolibet termino.

De terminamentis fiendis.

lxxx

Item quod Rectores communis de Salodo teneantur compellere quamlibet personam districtus communis de Salodo ad terminandum inter se, vel alium ad postulacionem cuiuslibet confinantis secum. Et si quis citatus fuerit ex parte dictorum rectorum quod venire debeat coram eis pro terminatoribus elligendis inter se vel aliam personam secum confinantis. Et non venerit, rectores tunc ad postulacionem petentis dare possit et debeat terminatores, et elligere ad faciendum dictum terminamentum, et valeat sicut electi fuissent communiter per utramque partem.

De hominibus elligendis pro terminando.

lxxxi

Item quod quilibet volens terminare inter se et aliam personam possit Elligere pro se duos terminatores quos voluerit, et totidem alia pars. Et si non possent se concordare Rector elligat et jungat unum hominem bona fide et valeat ubi erit in concordia maior pars.

De pena transeuntis terminos.

lxxxii

Item quod aliqua persona non debeat transire terminos positos inter se et alterum nec confines arando zapando vel alterum labore-rium faciendo pena et banno cuiuslibet contrafaciens et qualibet vice de soldis duobus planet, et damnum in duplum Reficiat pacienti.

De vijs apiandis per confinantes. lxxxiii

Item quod quelibet persona que habeat teram que confinet ad stratam vel vias communis teneatur iuxta suum aptare stratam et vias, et eas Juxta suum aptas tenere sub pena cuilibet contrafacienti soldorum duorum planetorum qualibet vice vel qualibet pecia tere.

De perjuramento. lxxxviii

Item quod siqua persona perjurata fuerit de sacramento preciso solvat qualibet vice soldos quinque planetorum pro banno si de ea facta fuerit querela.

De pena negantis veritatem coram Rectoribus dicti communis. lxxxv

Item quod siqua persona Inquisita fuerit per Rectores dicti communis per aliquem eorum de aliquo furto. Ludo rixa vel aliqua alia re et veritatem dicere negabit tam de se quam de altero solvat de banno qualibet soldos quinque planet.

De pena moventis Ruinas et aquas de lecto consueto. lxxxvi

Item quod Aque nec Ruine non removeantur de lecto consueto de Jure. Et si remote essent, retornentur in locum et statum consuetum per illam personam vel personas que illas removessent pena et banno soldorum duorum planet qualibet vice.

De Arboribus umbras facientibus Incidentibus. lxxxvii

Item quod omnes umbre frundolentes Inciduntur ad arbitrium bonorum hominum nisi esset umbra de oliva fico pomo vinea vel eius ponticio. Et si esset umbra de dictis arboribus vel cazata esset incidatur arbitrio bonorum hominum eligendorum per rectores dicti communis qui extiment damnum bona fide quod solvat ille qui voluerit umbram talium arborum incidi.

De pena absolvendi aliquos dare debentes dicto comuni. lxxxviii

Item quod Rectores communis de Salodo non possint nec debeant ponere ad consilium vel ad viciniam de absolvendo aliquam personam de aliquo quod dare teneretur dicto comuni. Et si quis consulerit quod talis persona absolvatur de aliquo quod deberet dicto comuni solvat soldos quinque pro banno qualibet vice. Et non valeat aliquid id quod factum dictum vel consultum fuerit contra predicta.

De pena negligentis precepta officialium dicti comuni. lxxxviii

Item quod siqua persona recusaverit precepta vicariorum consilij aut rectorum vel eorum locumtenentium aut alicuius eorum, et commune de Salodo inde damnum aliquod pateretur solvat de banno soldos duos planet qualibet vice et dictum comune conservet indemnem et illa de causa.

Quod Rectores non possint licenciare aliquam personam. lxxxx

Item quod rectores communis de salodo non possint licenciare aliquam personam de aliquo capitulo huius statuti et ordinamenti, nisi cum voluntate maioris partis consilij dicti communis, si esset damnum dicti communis.

De pena vindemiantis. lxxxxi

Item quod aliqua persona non possit vindemiare nec facere mustum in districtu Salodi, nisi cum voluntate consilij dicti communis vel maioris partis ciusdem consilij banno soldorum quinque planet qualibet vice, aut per maiorem partem vicinie dicti communis.

De probacionibus super accusacionibus facitis per camparios non admittendis. lxxxxii

Item quod aliqua proba vel defensio non recipiatur nec admittatur super accusacionibus quas facient Custodes olivarum, vinearum

et frugum existentium in teritqrio Salodi nec extra dictum teritorium in posessionibus dicti comunis, et si recepta fuerit pro nulla habeatur.

De re Inventa designanda. lxxxxiii

Item quod siqua persona Invenerit aliquam rem in teritorio Salodi et eam acceperit illam ea die, vel sequenti qua eam acciperit, et invenerit, designare et dare debeat Masario dicti comunis pena et banno duorum soldorum planet pro qualibet vice.

De pena recusantis solvere dicto comuni. lxxxxiv

Item quod siqua persona deberet dare aliquid dicto comuni, et promiserit venire ad domum habitacionis sue causa exigendi, Rectores et officiales dicti comunis solvant de banno qualibet vice soldum unum planet.

De non largiendo aliquid de dicto comuni. lxxxxv

Item quod mutuum vel donum non fiat de avere dicti comunis. Et si quis rector ipsius communis proposuerit de mutuando aut donando de avere dicti communis tantum amittat de suo vel eius salario quantum dixerit, vel proposuerit debere donari vel mutuari. Et si quis consuluerit in consilio vel vicinia dicti communis de mutuando vel donando de dicto avere dicti communis in consilio vel vicinia solvat pro banno soldos viginti planet qualibet vice, et eius dictum non valeat, et ab omni officio dicti communis cesset per quinque annos¹⁾. Salvo pro elimosina fratrum minorum, que eis fiat ad voluntatem consilij.

De eodem. lxxxxvi

Item quod Rector sive Rectores communis predicti sacramento teneantur infrascriptum bannum soldorum viginti planet exigere suo posse.

1) Dopo *annos* c'è un segno di richiamo alle parole *si fuerit de voluntate Comunis*, scritte in margine con carattere ed inkiostro diverso.

De pena recusantis precepta anzianorum andatarum. lxxxxvii

Item quod Anziani andatarum fiendarum per dictum comune et ordinandarum, possint communiter et divisim dare bannum cuilibet de cernendis dictarum andatarum non servant precepta Eorum vel aliquius eorum, sicut possent rectores dicti communis cuilibet persone eorum precepta vetanti spiritualiter occasione eius quod pertineat illi andate.

De ordine emendandi guasta et incendia. lxxxxviii

Item quod Guasta et incendia que fient, et dabuntur in territorio de Salodo debeat substineri et emendari pacientibus per illos qui solverint fodra hoc modo quod tot solvat pro foco pauper quam dives.

De diebus festivis celebrandis. lxxxxviii

Item quod aliqua persona tam terigina quam forensis cuius condicione existet non debeat laborare in districtu Salodi, nec eciam aliqua persona stans et habitans in dicto districtu non debeat ire ad laborandum extra dictum districtum sibi, nec alteri Infrascriptis diebus festivis cum personis, nec bestiis banno soldorum duorum planet qualibet vice si maior erit. si vero minor solvat unum soldum planet. Preter quod quelibet persona possit spargere, volvere, sicare et adunare fenum, meverinas et panigales, ac vencellos et stodire Granum Impune, et asportare bestiis ad comedendum, et preter quod becharij possint scortegare, et facere carnes in dictis infrascriptis diebus.

Que dies sunt hec videlicet:

Nativitas domini nostri yhesu christi.

Sanctus Stefanus.

Sanctus Johannes evangelista.

Epiphania domini nostri Jhesu Christi.

Purificacio sancte Marie virginis.

Annuntiatio ejusdem Virginis.
Resurectio domini nostri Jesu Christi.
Dies duo sequentes.
Sancti Jacobus et philippus.
Asensio domini nostri Jesu Christi.
Festum corporis et sanguinis ejusdem.
Consecratio ecclesie Sancte Marie de Salodo die xviii Junii nisi duo-
bus diebus subsequentibus.
Pascha pentecostes.
Sanctus Johannes babbista.
Sanctus petrus de mense Junij.
Vincula Sancti petri die primo Augusti.
Sanctus paulus.
Sanctus Georgius.
Sanctus Nicolaus.
Sanctus Faustinus.
Sancti Simonis et Jude.
Sanctus Bartolomeus.
Asumptio sancte Marie.
Nativitas ejusdem.
Sanctus Matheus.
Sanctus Michael.
Festum omnium Sanctorum.
Sanctus Antonius de mense Januarij.
Sanctus Christoforus de dicto mense Ja nuarij.
Sanctus Andreas.
Sanctus Tomas.
Sanctus Mathias.
Cathedra sancti petri.
Sanctus Martinus.
Sanctus Benedictus.
Sanctus Nazarius et Celsus.
Sanctus Joannes de barbarano et decolatio.

Dies Dominichales.
 Sanctus laurencius.
 Inventio ed exaltatio sancte crucis.
 Sanctus Bernardus.
 Sanctus Francischus.
 Sancta Margarita.
 Festum septem Fratrum.
 Sanctum Bernabas.
 Sancta Maria Magdalena.
 Sanctus Sebastianus ¹⁾.

De pena permittentis ire porcos per teram Salodi.

c

Item quod aliquis porcus vel porcha non permittantur ire foras nec per teram Salodi banno soldi unius planet qualibet vice, et quolibet porco seu porca, nisi quando curantur eorum porciles, dummodo non dent damnum alicui sub dicto banno.

De porcis caritanis occidendis.

ci

Item quod Rectores seu consules dicti communis teneantur et debeat occidi facere omnes caritanos existentes in terra de Salodo qui sint ponderis trium pensum et abinde supra. Et quod as et extra circce Salodi non possit in terra Salodi ponere nec rimittere caretarios.

De Frondibus Facientibus umbram incidendis.

cii

Item quod omnes umbre ²⁾ pendentes super alienum stantes prope terram sic quod homines de subter non possint ire erecti idest impedibus Incidantur verbo rectorum communis de Salodo in territorio dicti communis ³⁾. Et idem fiat si penderent super viam dicti communis

¹⁾ Questo santo venne aggiunto dopo.

²⁾ Al di sopra della parola *umbre*, cancellata, vi è sostituito *froides sive rami arborum*.

³⁾ Le parole da « *Ed idem fiat* » sino alla fine dell'Art. sono aggiunte posteriormente.

et inter declinarent ad stratam quod de subter duci non possit plaustrum oneratum quacumque re.

De pena elligentis aliquem de sua famiglia ad aliquod officium. ciii

Item quod aliquis non Eligat se nec aliquem de sua famiglia ad aliquod officium dicti communis unde habeant salarium banno soldorum quinque planetorum qualibet vice.

Quod nemo uno et eodem tempore possit habere bina officia. ciiii

Item quod nemo uno et eodem tempore possit habere bina officia unde habeatur salarium.

Quod duo de una familia non possint habere officium. cv

Item quod duo de una familia uno et eodem tempore non possint habere officium sive officia unde habeatur Salarium.

Quod Aliquis non possit confirmari in aliquo officio. cvi

Item quod aliquis non possit nec debeat confirmari in aliquo officio ad quod sorte fuerit electus, et qui consuluerit quod confirmari debeat, solvat soldos quinque planet de banno qualibet vice et non valeat eius dictum.

De pena tendentis retia a turdis super alienam tensam. cvii

Item quod aliqua persona non tendat Recia aut rete a turdis super alienam tensam banno soldorum duorum planetorum qualibet vice In districtu communis de Salodo, et quilibet possit eum accusare ⁱ⁾ cum uno teste fide digno affirmantibus ambobus sacramento sic esse verum, et eciam extra dictum districtum super tensis vicinorum communis de Salodo.

ⁱ⁾ Dopo la parola *accusare* c' è un segno di richiamo alle parole soprascrritte in carattere più piccolo : *si prestiterit*. — Le parole poi da *cum uno teste* ecc, sino ad *ambobus, compresa*, sono sottolineate e con leggera linea cancellate.

De pena facientium immondicias in fontibus. cviii

Item quod aliqua persona non lavet pannos nec faciat immundi-
cias in aliquibus fontibus communis de salodo in burgo Salodi nec alibi
in territorio Salodi banno soldorum duorum planet. pro quolibet et
qualibet vice, Et quilibet possit accusare cum eius sacramento, et
teneatur secretus (le parole in corsivo sono aggiunte).

*De pena advocantis aliquem in potestatem vel vicarium
in dicto comuni.* cviii

Item quod aliquis non audeat nec presumet in consilio neque in
vicinia dicti communis nominare nec advocare aliquem in potestatem
advocatum nec vicarium communis de salodo banno soldorum quattra-
ginta planet qualibet vice et quod Rectores communis de Salodo sa-
cramento et pena decem soldorum planet pro quolibet et qualibet
vice teneantur facere scribi ad raxam statim talem contra predicta
dicentem vel venientem, et Infra tertium diem illud bannum quat-
traginta soldorum planetorum exigere suo posse. Et quod omnes qui
essent in consilio vel vicinia cum audierint aliquem sic nominari in
potestatem vel vicarium aut advocatum dicti communis in contrarium
se dividere debeant de dicto consilio aut vicinia in quo vel qua essent
banna quinque soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De designatoribus ad designandum vias. cx

Item quod Rector sive Rectores communis de Salodo sacramento
teneantur infra terciam diem postquam eis fuerint requisiti dare qua-
tuor designatores bona fide et de illis qui melius sciant veritatem
ad designandum vias vicinales in territorio Salodi ad postulacionem
requirentis prius adversa parte appellata.

De pena guastantis vias.

cxii

Item quod aliqua persona non debeat guastare aliquam viam communem vel divisam in teritorio Salodi nec eas impedire banno duorum soldorum planetorum qualibet vice.

De ordine terminandi inter tererium et forensem.

cxiii

Item quod siqua persona districtu Salodi confinaret in dicto districtu cum aliqua persona forense in aliquo loco ubi aliquis tererius pro ea laboraret et vellet tererius facere terminari inter se et dictam forensem personam, laborator teneatur facere venire vel procurare facere ad faciendum terminari ad voluntatem rectorum dicti communis. Alioquin non debeat illam possessionem plus laborare banno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De pena blutantis uvas.

cxiv

Item quod aliqua persona non debeat blutare uvas in districtu Salodi banno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De pena exclamantis heuforas.

cxv

Item quod aliqua persona non debeat exclamare heuforas in teritorio Salodi banno quinque soldorum planetorum nisi Justa de causa qualibet vice.

De pena vendentis vinum ad minutum male mensuratum.

cxvi

Item quod quelibet persona vendens vinum ad minutum in teritorio Salodi teneatur illud vendere cum iusta bozola et bene mensurata pena duorum soldorum planetorum qualibet vice.

De pena rumpentis raxam.

cxvii

Item quod aliqua persona tam tereria quam forensis non debeat rumpere raxam ordinatam per consilium vel viciniam dicti communis

super oliva vel uva non colligenda, et quod contrafecerit solvat pro banno quinque soldos planet pro quolibet et qualibet vice.

De pena degustantis aliquam raveram.

cxvii

Item quod si aliqua persona desfaceret aliquam raveram cesam vel positam inter se et aliam personam in districtu Salodi solvat pro banno duos soldos planet, qualibet vice et reducat eam in statu pristino suis expensis nisi fuerit de voluntate rectorum dicti communis et ipsarum parcium.

De pena addentis vel diminuentis aliquid suber volumen

presentium Statutorum.

cxviii

Item quod aliquis non debeat rescare in hoc ordinamento nec super eo scribere addendo minuendo vel vacando in aliquo capitulo huius statuti et qui contrafecerit solvat de banno quatraginta soldos planet, qualibet vice nisi fuerit de voluntate consilij vel vicinie dicti communis. Et tunc si cum voluntate consilij dicti communis vel vicinie eiusdem communis fuerit ordinetur de hac carta que remanet penes massarium dicti communis de illis scripturis que super hoc quaterno statuti fient de addendo minuendo vel vacando, et insuper cesseret ab omni officio communis per quinque annos.

De pena recusantis precepta offic. dicti communis

in solvendo dicto comuni.

cxviii

Item quod si qua persona deberet dare aliquid dicto comuni aliqua de causa, Et causa exigendi id quod dare deberet rectores irent ad domum habitationis eiusdem debentis eidem comuni, et illa persona dicta de causa recusaret precepta dictorum rectorum, et tunc dicti rectores irent cum hominibus de consilio aut de vicinia, solvat illa talis debitrix communis quinque soldos planet de banno et sex planet pro quolibet de consilio vel vicinia qui iverit cum dictis Rectoribus dicta de causa qualibet vice.

De pena evitantis facere officium dicti communis. cxx

Item quod aliquis non possit nec debeat evitare nec refutare aliquod officium sibi datum et ad quod sit sorte electus pena decem soldorum planet qualibet vice et nichilominus constringatur ad dictum officium faciendum.

De verbo dando alicui de aliquo. cxxi

Item quod aliqua persona non debeat nec possit dare verbum alicui persone de suo pothere, banno duorum soldorum planetorum qualibet vice, nisi verbum sit scriptum per notarium communis et in actis dicti communis, et verbum aliter datum non valeat.

De pena arengantis sedendo. cxxii

Item quod aliquis non debeat arengare nec consulere in consilio neque in vicinia dicti communis sedendo banno sex planetorum qualibet vice.

De litteris presentandis officialibus dicti communis. cxxiii

Item quod si que litere exempte alicuius officialis comunitatis Riperie presentate fuerint alicui vicario consuli vel officiali communis de Salodo teneantur illas aut exemplum earum manifestare et legi facere in consilio communis predicti sub pena omnis damni inde dicto comuni inarentis, et hoc debito temporis.

Quod officiales dicti communis teneantur notificare in consilio dicti communis precepta sibi facta. cxxiv

Item quod si fieret aliquod preceptum alicui officiali vel sindico dicti communis vel alicui alteri persone de Salodo nomine ipsius communis teneatur talis officialis sindicus aut persona an fieret tale preceptum manifestare in consilio dicti communis ut comune predictum Jure suo uti valeat pena conservandi ipsum comune indemne de omnibus expensis quas pateretur dicta de causa.

De partitis fiendis in consilio sive vicinia dicti communis. cxxv

Item quod rectores communis predicti teneantur sacramento facere et fieri facere omnes partitas in consilio et vicinia dicti communis cum busolis et balotis ponendo ambas manus in busolis, vel delevando ad ferendum.... *de voluntate consilii.... minoris partis (le parole in corsivo sono tutte abrase).*

De sonando campanam in sero. cxxvi

Item quod Rectores dicti communis teneantur quolibet sero facere sonari campanam ter, Ita quod sonator tantum sonet campanam aut differatur tantum a primo sono usque ad tertium quod una persona possit decenter ire ab uno capite burgi de Salò ad aliud.

De pena euntis per burgum Salodi sine lumine. cxxvii

Item siquis fuerit per burgum de Salodo sine lumine post tertium sonum campane de sero solvat pro banno duos soldos planet pro qualibet vice inspecta qualitate persone et delicti per Rectores communis de Salodo.

De pena tenentis apertas tabernas de nocte. cxxviii

Item quod aliqua persona vendens vinum ad minutum in territorio Salodi non debeat tenere tabernas apertas nec vinum vendere alicui post tertium sonum campane banno duorum soldorum planetorum qualibet vice.

Quod aliquis non stet in taberna de nocte. cxxviii

Item quod aliquis non vadat nec stet in taberna de sero post tertium sonum campane que pulsatur de sero banno duorum soldorum planet qualibet vice et totidem tabernario vel tabernarie, exceptis familijs domus.

De pena extimantis aliquod damnum sine voluntate consilij. cxxx

Item quod aliquod damnum datum super territorio Salodi, nec quod dabitur de cetero non debeat extimari nisi cum voluntate consilii dicti communis, et eo facto, legatur in ipso consilio, et extimum aliter factum non valeat.

De extimationibus eligendis. cxxxii

Item quod quatuor extimators elligantur sorte in consilio qui durent per quatuor menses, et jurent extimare damna data et facta super territorio Salodi bona fide, et non debeat confiteri extimum per eos factum, nisi in consilio, et si omnes quatuor haberi non possent, mayor pars vel duo ad minus illud facere possint et videre, et aliter non valeat.

De termino limitato faciendi extimare damna. cxxxiii

Item quod si damnum fuerit factum in territorio Salodi, teneatur illud facere extimari persona cui factum erit infra decem dies, aut denunciare Rectori infra decem dies, ex quo factum fuerit, alioquin non extimetur nec uneatur.

De modo vendendi vinum ad minutum. cxxxiv

Item quod aliquis vel aliqua non vendat vinum cum aliquo vase non tenentem bozolam in territorio Salodi banno unius soldi qualibet vice.

Quod parentes teneantur pro secumstante ad solutionem debiti dicto comuni. cxxxv

Item quod si qua persona teneretur aliquod dare vel solvere communi de Salodo, quod ad ipsam solutionem teneantur patres matres sorores fratres filie mariti et uxores, si simul habitant in familia.

Quod acusator habeat terciam partem acuse.

cxxxv

Item quod quilibet qui acusare potest secundum formam statuti communis predicti habeat et habere debeat pro sua parte acusationum, quas faciet terciam ¹⁾ partem banni sive condemnationis facte de personis et bestiis per eum acusatis, exceptis Rectoribus ²⁾ dicti communis, et superstantem panis qui non debent habere partem acusarum factarum per eos.

De pena acusantis et non substinentis.

cxxxvi

Item quod si quis acusam fecerit de aliqua persona vel bestia et eam substinere non potuerit, solvat bannum aut condemnationem contentam in ipsa acusa, et duos soldos planet de banno ultra dictam accusam qualibet vice.

De superstantibus dicti communis eligendis.

cxxxvii

Item quod octo suprastantes buscaciarum et paneogolorum et duo suprastantes beciorum et duo suprastantes piscatorum et vendencium et emencium pisces, et duo suprastantes super umbris ³⁾ fraudolentibus Elligantur secundum voluntatem consilij dicti communis qui durent in suo officio per duos menses. Et sic tales officiales quolibet tempore Elligantur, et sint, et accusare possint et teneantur quamlibet personam facientem et venientem conformam statutum et ordinem communis predicti videlicet quilibet de his qui spectant ad suum officium, et eorum ⁴⁾ accuse, et cuilibet eorum credatur et

¹⁾ Sopra le parole *terciam partem* solcate da una piccola linea leggonsi le altre *mediam partem*; ma in carattere diverso ed inchiostro sbiadito.

²⁾ Dopo la parola *Rectoribus* trovasi un segno di richiamo alla parola *et consulibus* soprascritta in carattere diverso.

³⁾ Dopo la parola *umbris*, in margine, trovansi scritte in carattere ed inchiostro diverso le parole: *sint frondibus vel ramis*.

⁴⁾ Dopo la parola *eorum* trovasi un segno di richiamo alle seguenti parole soprascritte in carattere minuto: *dicio sive relationi et*.

valeat. Ita quod nulla proba vel deffensio in contrarium recipiatur.
Et si recepta vel producta fuerit, pro nulla habeatur.

De camparijs elligendis tempore congruo. cxxxviiii

Item quod Rectores dicti communis teneantur quolibet tempore congruo facere elligi custodes olivarum uavarum et aliarum frugum in teritorio de Salodo Existentium secundum voluntatem Consilij aut Vicinie communis predicti. Et quod in suis contratis aut piardis damna emendare teneantur, Salvo de incendijs et arboribus incisis, et de emendacione predictorum damnorum et officio Eorum bene et legaliter exercendo debeant dicto comuni *satisfare*¹⁾ *perfecte*, tam quam se Intromittant de illo offitio.

Quod non sit pena extraiendo capillos minori. cxxxviii

Item quod pena non sit alicui qui minorem per capillos cepit causa corectionis.

De malis inquirendis. cxl

Item quod Rectores dicti communis teneantur Inquirere de omnibus malis et furtis que fierent in teritorio Salodi si Ei per aliquam personam fuerit denunciatum, pena conservandi comune predictum indemnem illa de causa, et Inquisidores facere legi in consilio, et secundum voluntatem dicti consilij vel mayoris partis procedere, et Inventis delictis seu Maleficijs denunciare domino potestati seu eius Vicario, et eciam Vicario Salodi, ut possit fieri processum secundum formam Juris etc.

De eodem. cxli

Item quod si qua persona denunciabit Rectoribus vel Rectori dicti Comunis quod inquirat aliquod malum vel furtum quod factum esset in teritorio de Salodo, de quo mallo aut furto veritas nullo modo

1) Al disopra delle due parole *satisfare perfecte* sta scritto *promittere*.

Inveniretur, solvat illa persona que dictam denunciam fecerit quinque soldos planet. de banno qualibet vice, et Expensas quas inde substitueret dictum comune et tempore denunciationis tenetur satisdare, de hoc solvat sub dicta pena.

De bannis non scribendis nisi de voluntate rectoris. cxlii

Item quod notarius dicti communis non debeat nec possit aliquem in bannis scribere, nisi cum voluntate Rectoris dicti communis, non scribat alias expensas in libro expensarum ipsius massarij dicti communis, non recipiat testes super aliqua Inquisitione, nisi cum voluntate Rectoris predicti.

De probacionibus non fiendis. cxliii

Item quod aliqua proba non fiat in territorio pena cuiilibet contrascienti duorum soldorum planet qualibet vice, et quod omnibus personis mutuantibus vel dantibus carnes vel alias res ad faciendum probam teneantur solvere duos soldos planet pro quolibet et qualibet vice.

De pena dantis ad garaldellum. cxliiii

Item quod aliquis non det ad Raijmondinum sive garaldellum neque ad mezaplantam banno soldorum duorum planetorum qualibet vice et de hoc non fiat aliqua ratio alicui.

De curendo ad plateam cum armis. cxlv

Item quod quilibet teneatur currere ad plateam cum armis quum audiunt campanam sonari ad stornum, et rectorem aut Rectores dicti communis sequi pena et banno cuiilibet contrascienti vel predicta facere recusanti de soldis quinque planet qualibet vice.

De pena sonantis campanam ad stornum. cxlvi

Item quod aliquis non debeat sonare campanam ad stornum in territorio Salodi nisi verbo rectorum dicti communis banno quinque

soldorum planet qualibet vice et conservandi indemnem dictum commune et ejus officiales.

De salario facientis rationem massarij. cxlviij

Item quod illi qui elligentur ad rationem massarij faciendam vel aliam rationem communis debeant illi rationi superesse et pro suo salario habere ¹⁾ illud quod eis videbitur esse congruum.

De faciendo Rationem per Rectores dicti communis usque ad summam soldorum xx. cxlviii

Item quod Rectores et Consules dicti communis de Salodo possint et voleant et tentant ²⁾ facere rationes usque ad sumam soldorum centum ³⁾ planet cuilibet persone.

De promittentibus aliquos adiuvare ad laborandum. cxlviiii

Item quod si aliqua persona que promisserit adiuvare aliquam personam colligere olivas suas Recusaverit solvat pro banno soldos duos planet qualibet vice et die prius hec constant rectori communis ⁴⁾ de salodo pro carta vel testes si de hoc facta fuerit querela coram dicto Rectori.

De laborantibus alicui debenti dare dictio comuni. cl

Item quod aliqua persona non laboret nec teneat de terris et possessionibus debentium solvere aliquod Comuni de Salò pena soldorum duorum planet id quod talis deberet comuni solvere teneretur eidem comuni.

¹⁾ Le parole da *illud a congruum* sono come cancellate da una piccola linea, e seguono scritte in carattere diverso, più piccolo ed inchiostro più sbiadito le altre: *soldos tres pro qualibet*.

²⁾ Questa parola fu aggiunta.

³⁾ Questa parola fu aggiunta sostituendola a *viginti*.

⁴⁾ Questa parola fu aggiunta.

De bestiis non tenendis pro pasculando.

cli

Item quod aliqua persona non debeat tenere a confinibus viam ¹⁾ inferius contra instantiam dicti communis aliquas capras becos pecoras castronos montonos nec aliquas bestias similis conditionis in teritorio Salodi pena soldorum duorum planet pro quolibet et qualibet vice. Excepto quod becarij possint tenere de dictis bestijs in domibus suis vel ubi habitant et tenent ²⁾ causa faciendi carnes per tres dies et non ultra non permittendo illas bestias ire ³⁾ ad pascolandum, Et salvo quod si opus foret alicui pascere propter Insurmitatem una capra quod Rector communis possit dare licenciam ⁴⁾ cum voluntate consilij.

De Remis aganzarijs.

clii

Item quod remi aganzarijs communis debeant bollari, et quod aliquis non accipiat nec teneat de dictis Remis banno unius soldi planet pro quolibet et qualibet vice.

De pena ligantis naves ad ganzeras.

cliii

Item quod aliquis non liget navem vel navesellum ad gazarias communis nec tendat pannos super eis banno unius soldi planet pro quolibet et qualibet vice.

De pena vendentis carnes morbosas.

cliiii

Item quod aliqua persona non vendat in districtu salodi carnes morticinas nec morbosas banno quinque soldorum planet qualibet vice.

1) Questa parola è cancellata.

2) In fine di pagina sono richiamate le parole « *vel aliam causam quantis* ».

3) Dopo *ire* c'è un segno di richiamo alle soprascritte parole: *per alienas possessiones nisi ut supra.*

4) Sost. a *verbis*.

De carnibus non emendis per becarios. clv

Item quod aliquis becarius non emat carnes mortuas recentes occasione revendendi banno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice Exceptis carnibus porcinis.

De becarijs. clvi

Item quod becarij tam tererij quam forense teneantur et debeant tenere in die ad becarias omnes carnes recentes mortuas et non in domibus banno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice et totidem gubernanti in domibus suis vel quas teneat de dictis carnibus Exceptis carnibus porcinis.

De immondiciis becariorum. clvii

Item quod Becarij predicti nec eciam aliqua alia persona non debeat facere nec ponere sanguinem bestiarum in viis communis nec sub platea communis nec facere nec ponere immondicias sub domo nec in platea dicti communis pena duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice, nec eciam lavare ad portum dicti communis Juxta dictam plateam aliqua viscera sub pena predicta pro qualibet vice.

De dictis becarijs. clviii

Item quod dicti becarij non debeant portari facere de dictis carnibus mortuis preter de carnibus porcinis extra burgum Salodi banno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De eodem. clviii

Item quod becarij predicti non debeant vendere carnes de una bestia pro altera nec implere argenos banno soldorum duorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De eodem.

clx

Item quod aliquis becarius non dimittat aliquam insignam de pelle alicui bestie mortue excepto castro vel ovolo banno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice et quod non debeant repare carnes per aliquam personam de aliqua Re que non teneatur se cum ipsis carnibus sub dicta pena et bamno.

De eodem ¹⁾.

clxi

De eodem.

clxii

Item quod becarij non emant alias bestias vivas nec mortuas communiter causa revendendi, Exceptis illis duobus qui erunt socij pena et bamno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De eodem.

clxiii

Item quod aliquis becarius non debeat tenere ad alias bestias mortuas venales figatum melzam polmonum butellum articulam pelle nec de grapulo banno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice in districtu Salodi.

*De pena proicientis aquam seu turpitudinem de pontili
in strata.*

clxiii

Item quod aliqua persona non proyciat aquam vel turpitudinem de pontili in strata vel vias communis bamno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice, et quatuor suprastantes ad hoc Elligantur ad voluntatem consilij.

Quod dugalia teneantur aperta.

clxv

Item quod dugalia teneantur aperta et expedita in territorio salodi in burgo et extra, et quod aliquis Ea non impedit banno duorum

1) Manca.

soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice, et super hoc
elligantur duo suprastantes.

De pena scortigantis bestias morticias in Salodo. clxvi

Item quod aliqua persona non debeat interficere nec scortegare
aliquas bestias vel bestiam morticiam, que non sint carnes ad ven-
dendum vel comedendum penes burgum de Salodo ¹⁾, nec eas in
lacu aliquo modo proicere, nec ponere ²⁾, banno quinque soldorum
planetorum pro quolibet et qualibet vice, et nihilominus teneatur eas
exportare a longe per spacium predictum.

De pena ementis pisces pro revendendo. clxvii

Item quod aliqua persona non emat pisces nec sardenas causa
revendendi a cornu de piro et apertha viganola citra, usque ad ter-
ciam, banno duorum soldorum planetorum pro quilibet et qualibet
vice, et totidem cuilibet vendenti, et IIII^{or} suprastantes super hec
elligantur ad voluntatem consilij, Exceptis tabernariis qui possint
emere usque ad duos soldos planet.

De eodem. clxviii

Item quod quilibet pescator vel Revenzarolus conducens pisces In
districtu Salodi debeat vendere et dare de dictis piscibus cuilibet de
Salodo emere volenti precio Justo, sub pena duorum soldorum pla-
netorum cuilibet.contrafaciens pro quilibet et qualibet vice ³⁾).

De eodem. clxviii

Item quod pescatores et revenzaroli conducentes pisces ad terram
de Salodo conducant illos ab uno capite ad aliud, et dare et vendere

1) Dopo *Salodo* trovasi scritto al di sopra della riga: « *per jactum unius baliste* ».

2) Dopo *ponere* sta scritto superiormente alla riga: « *nisi faciant ipsas carnes profundari* ».

3) Seguono poi, come aggiunte posteriormente e sul margine e sulla riga al disotto,
parecchie altre parole mezzo cancellate e inintelligibili.

de eis secundum modum suprascriptum cuilibet de Salodo emere volenti sub dicta pena et banno duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De pena euntis in sandalos piscatorum. clxx

Item quod aliquis non vadat in Sandalos piscatorum vel vendencium pisces et conducentium sub pena et banno soldorum duorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De pena ementis bladum pro revendendo. clxxi

Item quod aliqua persona non debeat emere in districtu Salodi bladum causa revendendi banno quinque soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De eodem. clxxii

Item quod aliqua persona non emat nec emere debeat In teritorio Salodi in una epdomoda ultra unam somam sub dicta pena et banno.

De satisfacionibus dandis in dicto comuni. clxxiii

Item quod quelibet persona habitatrix Salodi et eius teritorii non substantientis honera cum dicto comuni de Salodo teneatur et debeat satisdare bene et decenter comuni de Salodo, de non dando damnum in possessionibus et bonis super teritorio de Salodo tam ipse quam pro familijs et bestijs suis pena continente in ordinamentis communis de Salodo, et qui dictam satisfacionem non dederint sive fecerint, bona eorum non sint in protectione nec in custodia communis de Salodo.

De pena custodom clausorum laborantium. clxxiiii

Item quod omnes custodes clausorum et possessionum ¹⁾ de Salodo qui nunc sunt et per tempora erunt non audeant neque presu-

¹⁾ Dopo *possessionum* leggesi la parola *hominum* cancellata, e sopra questa le parole: *situatarum super comuni.*

ment de cetero laborare sibi nec alteri pena et bamno cuilibet de dictis custodibus contrafaciente et pro qualibet vice de quinque soldis planetorum dandis et solvendis comuni de Salodo in pecunia numerata.

De pena custodum predictorum demorantium in Salodo. clxxv

Item quod dicti custodes de cetero non audeant neque presumant stare neque demorare de die in terra de Salodo seu in burgo Salodi vel aliis in terris communis ¹⁾ nisi essent qui veniunt pransum et cenantum et qui veniunt ad faciendum accusas Et qui contrafecerit solvat pro bamno pro quolibet et qualibet vice de soldis duobus planetorum.

De pena lavantis pelles. clxxvi

Item quod nemo audeat facere aliquod scarnamentum pellamentum nec lavamentum alicuius corij bovis nec alicuius conditoris pelliū bestiarum videlicet *a mercato bladi* ²⁾ versus burgum Salodi et *a domo galearum* ³⁾ versus burgum predictum pena et bamno quinque soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice videlicet in laco ⁴⁾.

De pena facientis injuriam officiali dicti communis. clxxvii

Item quod aliqua persona dicti communis non audeat nec presumat dicere nec facere aliquam Injuriam alicui consuli notario seu Masario vel officiali dicti communis sub pena et in pena soldorum quinque planetorum et minus secundum voluntatem dictorum officialium. (*Leggesi poi di seguito, in carattere più sbiadito:* pro quolibet et qualibet vice).

1) Le parole in corsivo sono scritte in carattere diverso ed aggiunte.

2) Le parole *a mercato bladi* sono cancellate con una linea.

3) Le parole *a domo galearum* sono traversate come da una linea di cancellature, ed al di sopra trovansi scritte le altre parole *a guarda noria*.

4) Dopo la parola *laco* trovansi aggiunte in carattere più minuto le parole: *et super hoc elligantur duo superstantes.*

Quod consul teneatur pignorari facere ad instantiam Massarii. clxxviii

Item quod quilibet Consul communatis et hominum de Salodo possit teneatur et debeat ad instantiam cuiuslibet Masarij dicti communis pignorari facere omnes dare debentes quacumque de causa dicto comuni, Infra terminos et secundum ordines dicti communis. et quecumque pignora sic accepta cuilibet persone dicta occasione, idem Consul incantari possit et vendere cuilibet persone dicti communis eruere volenti, et ea pignora sic vendita, quilibet persona cui fuerint sic accepta dicta pignora, possit et licitum sit ea infra *terciam diem*¹⁾ exigere ab ipsa tali persona que sic ea emerit solvendo sibi premium Incantus cum expensis. Alioquin elapso dicto termino nullum Jus sibi fiat petendi nec exigendì ea.

Quod Quilibet etatis annorum XIV. et abinde supra teneatur ad custodias. clxxviii

Item quod Quilibet tam terrina quam Forensis etatis annorum quatuordicim et abinde supra stans et habitans que de cetero stabit et habitabit in terra et territorio de Salodo et ibi tenens seu tenebit locum et focum teneatur et debeat facere et solvere omnia onera realia et personalia cum dicto comuni et maxime facere seu fieri facere custodias diurnas et nocturnas fortilicie tere de salodo sibi spectantibus et pertinentibus facere seu fieri facere secundum ordines dicti communis pena et banno cuilibet contrafacienti soldorum *quinq^{ue}*²⁾ planorum pro qualibet custodia que non sic fuerit facta. Salvo quod aliquis scolaris eo tempore quo iverit ad scolas invilatas molestetur nec aggravetur ad faciendum alias ex dictis custodiis.

1) Le due parole *terciam diem* trovansi cancellate da una linea, e su di esse leggesi in carattere ed inchiostro diverso: « *octo dies postquam est data noticia.* »

2) Sopra la parola *quinq^{ue}* sottopuntata trovasi scritto in inchiostro più nero *trium.*

De pena procurantis contra comune predictum. clxxx

Item quod aliqua persona stans et habitans in dicto comuni de Salodo cuiuscumque status existat non audeat nec presumat procurare nec dicere aliquid in iudicio vel extra in preiudicium dicti communis ad instanciam alicuius personae sub pena soldorum quinque planetorum pro quolibet et qualibet vice contrafacienti.

*Quod quilibet de mense septembris teneatur ire
vel mittere ad reaptandas vias.* clxxxi

Item quod quilibet persona cuiuscumque condicionis existat habens seu tenens ab aliis possessiones super territorio de Salodo teneatur et debeat quilibet anno ad omnem requisitionem consulis vel officialis dicti communis de mense septembris ire vel mittere unum laboratorem ubi sibi impositum fuerit ire per dictum consulem sive per superstantem ad hoc electum ad aptandum et reaptandum stratas dicto comuni sub pena duorum soldorum planetorum pro quolibet et qualibet vice et de solvendo unum sufficientem laboratorem qui electus et positus fuerit per dictum consulem seu per superstantem ad hoc electum per consilium dicti communis qui habeat bayliam ponendi unum laboratorem loco cuius personae negligentis, et ad dictum laborerium venire recusantis.

De eodem clxxxii

Item quod quilibet consul dicti communis teneatur et debeat de dicto mensibus ¹⁾ Madij et septembris aptari et reaptari facere et excutioni mandare omnia contenta in precedenti statuto de (.....bus) ²⁾ sub pena amittendi eius salarium dicti mensis.

1) Pare corretto poi così: « *de dictis mensibus madij et* ».

2) Correzione ed aggiunta posteriore: « *in precedentibus Statutis disponentibus de stratis magistris et vijs dicti communis reaptandis* ».

*De satisdacionibus dandis in dicto comuni
quolibet Anno de mense Januarij.*

clxxxiii

Item quod quilibet persona tam Masculus quam Femina stans et habitans in comuni de Salodo ¹⁾) teneatur ed debeat quilibet anno de mense Januarij promittere et satisdare legitime in Manibus consulis seu officialis dicti communis ab hoc electi de solvendo fodra , tales salem et raxas ac alia bamna et omnia alia et singula que solvere teneretur et deberet dicto comuni quacumque de causa sub pena contenta in reformacione facta seu que in futurum fiet occasione dictarum satisdacionum ^{2).}

De eodem.

clxxxiviiii

Item quod quilibet Consul cuiuslibet mensis Januarij quilibet anno teneatur et debeat satisdari facere omnes et singulas personas stantes et habitantes in tera et territorio de Salodo secundum provisionem factam sive fiendam circa predictas satisdaciones dicti communis ad terminum XXIII. dierum cuiuslibet mensis Januarij et dictas satisdaciones datas in dicto termino dictus consul et notarius qui electus erit ad predicta teneantur et debeant lapso dicto termino et in eius officio legi et publicari facere in Vicinia seu consilio dicti communis omnes satisdaciones per eos receptas. Alioquin predicti Consul et notarius si predicta non adimpleverint vel in legendu et publicando et in legi et publicari faciendo sint et esse intelligantur fideiussores omnium personarum que ut premittitur in dicto termino non satisdeditissent. Et quod quilibet Consul et officialis dicti communis

1) C'è un segno di richiamo alle parole scritte in margine: « *vel etiam extra ripariam qui habeant bona sub dicto comuni de Salodo* ».

2) Seguono come aggiunte posteriormente ed in carattere diverso le seguenti parole: « *et ulterius quod bona dictorum nec promittensium nec satisdantium, non sint, nec Intelligentur esse in custodia et protectione communis et hominum de Salodo* ».

subsequentes possint et valeant ac teneantur et debeant ipsos consulem et notarium et quemlibet ipsorum compellere ad solvendum pro ipsis talibus que non satisdissent ut supra, omne id et totum quod dare deberent dicto comuni tamquam fideiussores ipsarum talium personarum.

† *De circhis fiendis cum crucibus per tres dies
ante Ascensionem domini nostri.* clxxxv

Item quod quilibet major seu caput cuiuslibet domus teritorij dicti communis stans et habitans ac possidens bona immobilia in dicto comuni teneatur et debeat ire vel mittere ad circhas cum crucibus que fiunt, et in futurum sient per achipresbiterum de Salodo vel eius socios per tres dies ante Festum Ascensionis domini nostri Iesu xpti et ad quamlibet ipsarum circharum sub pena soldorum duorum ¹⁾ planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De eodem. clxxxvi

Item quod aliqua persona cuiuscumque condicionis existat non audeat nec presumat laborare nec laborari facere in aliquo super dicto comuni aliquibus diebus predictis in quibus sient dicte cirche ²⁾ donec complete erunt dicte cirche, et intelligantur cirche predicte esse complete quolibet die dictorum trium dierum quando dictus Archipresbiter et dicti eius socij cum dictis crucibus reversi erunt ad plebem dicti communis et tunc sic factis dictis circhis ut supra quolibet dictorum dierum quilibet possit laborare et laborari facere.

¹⁾ Sopra la parola *duorum* trovasi scritta in carattere ed inchiostro diverso la parola *quinque*.

²⁾ Sopra la parola *cirche* trovasi scritto in carattere ed inchiostro diverso : *sub predicta pena soldorum quinque.*

De pena ligantis bestias subtus domum dicti communis. clxxxvii

Item quod non sit aliqua persona tereria nec forensis que audeat nec presumat ligare nec ligari facere aliquam bestiam cujuscumque condicione existat sub domo communis predicti sub pena cuiuslibet contrafaciendi unius soldi planet. pro quolibet et qualibet vice. *Salvo quod sit licitum becharijs ligare bestias pro Interficiendo eas ad becharias dicti communis* ¹⁾.

De pena tenentis imbrigatam dictam domum dicti communis. clxxxviii

Item quod aliqua persona tereria nec forensis non audeat nec presumat tenere impeditam nec imbrigatam dictam domum nec portum ²⁾ dicti communis de aliquibus rebus seu merchatandijs ultra spaciunm trium dierum sub pena soldorum duorum planetorum pro quolibet et qualibet vice ³⁾.

*Quod Ministralis dicti communis teneatur desbrigari facere
dictam domum. clxxxviii*

Item quod quilibet ministralis dicti communis teneatur et debeat expediri facere dictam domum et dictum portum qualibet vice sub pena predicta dicto Ministrali et similiter licitum sit consulibus et officialibus dicti communis.

De pena plantantis arbores prope confines. clxxxx

Item quod aliqua persona non possit nec valeat facere nec fieri facere aliquod plantamentum aliquibus arboribus juxta terminos seu confines

1) Tutto il corsivo è cancellato con una linea fatta posteriormente.

2) Al nome *portum* c'è un segno di richiamo alle seguenti parole soprascritte in carattere ed inchiostro diverso: « *nec etiam plateam.* »

3) Dopo *vice* seguono scritte un po' più in alto della riga consueta, ed in carattere ed inchiostro diverso, le parole: « *et dicta res non sint in protectione nec custodia dicti communis.* »

secum confinibus per spacium unius brachij per mensuram sub pena soldorum quinque planetorum pro quolibet et qualibet vice, et quod quilibet consul impune teneatur possit ed debeat desplantari facere omnes plantas plantatas contra formam presenti statuti.

*Quod quilibet persona teneatur accipere salem
infra terminum limitatum.* clxxxxi

Item quod quilibet persona teneatur et debeat accipere suum salem secundum taxam que fiet in dicto comuni a masario dicti communis qui sic deputatus erit ad dandum dictum salem in illo mense de quo dictus talis Masarius erit sic electus. Alioquin elapso dicto mense quilibet persona que non acciperit dictum salem in dicto mense ut supra, perdat dictum salem et sibi nullum Jus fiat.

De Racione salis fienda. clxxxxii

Item quod quilibet consul teneatur et debeat fieri facere raciones salis cuiuslibet Masarij deputati ad dandum salem de illo mense quo dictum Sal distributum erit sub pena soldorum quinque planetorum pro quolibet et qualibet vice.

De mensuratoribus vini olei et aque. clxxxxiii

Item quod quilibet Incantator seu mensurator qui a modo emet ad Incantum mensuras comunis de Salodo pro mensurando vinum oleum ed aquam in dicto comuni possit et valeat et sibi licitum sit accipere et recipere ab illa persona que vendet de dictis vino et oleo et que facet mensurare aliqua vasa cum aqua vel denarios duos ¹⁾ pro quolibet modio olei, denarios duos pro qualibet quarta vini et denarios duos pro qualibet quarta aque et similiter accipere et Recipere a qualibet persona emenete de dictis oleo et vino videlicet denarios duos ²⁾

1) Sopra la parola *duos* trovasi scritto in carattere più piccolo: *quatuor*.

2) *Duos* sembra coretto in *duodecim*.

pro quolibet modio, et pro qualibet quarta ¹⁾, si dictum vinum et oleum in vaselabitur, et non ultra ²⁾ sub pena soldorum quinque planetorum pro qualibet vice contrafacenti, et sic intelligatur de socijs dicti incantatoris seu mensuratoris qui similiter observare debeant presens statutum sub pena predicta pro quolibet. Ulterius dictus mensurator et eius socii nihil habere debeant pro accipiendo oleum de finis causa mensurandi de dicto oleo.

De eodem.

clxxxiviiii

Item quod aliqua persona non audeat nec presumat mensurare nec mensurari facere vinum, oleum nec aquam in comuni de Salodo absque mensuribus dicti communis vel sine speciali licencia dicti Incantatoris sive mensuratoris quod quidem Statutum non habeat locum circha torculatores qui torculant olivas tempore yemali et mensurant oleum Illis qui torculaverint, sub pena soldorum duorum planetorum pro quolibet et qualibet vice: et etiam solvat in duplum. . . .

De mensuratoribus a blado.

cixxxv

Item quod quilibet Incantator et mensurator a blado dicti communis possit et valeat accipere denarios tres pro qualibet Soma cuiuslibet bladi et leguminis et non ultra sub pena soldorum duorum planetorum qualibet vice contrafacenti.

De pensatoribus.

cixxxvi

Item quod quilibet Incantator et pensator stadere dicti communis de Salodo possit et valeat accipere pro quolibet pense denarium unum

1) Dopo la parola *quarta* più sopra la riga trovasi scritto in carattere ed inchiostro diverso: « *viui denarios sex* ». Le parole poi da « *et alios fino a qualibet quarta* » sono come cancellate da una riga sottopuntata.

2) Dopo la parola *ultra* c'è un segno di richiamo alle seguenti parole scritte in margine con carattere più sbiadito: « *quocumque portetur qui portare teneatur per terum Salodi ad donum eiuslibet persone st petitum fuerit.* »

cuiuslibet rei venalis et non ultra sub pena predicta. Salvo quod non
Inteligatur de ferro nec de calcina.

De pena pensantis sine pensa dicti communis. clxxxxvii

Item quod aliqua persona non audeat nec presumat pensare in
territorio dicti communis aliquid venale ab uno pense supra, sine pensa
et stadera dicti communis vel absque licencia dicti Incantatoris sub
pena proxime predicta ¹⁾.

Quod Reformationes habeant vim statuti. clxxxxviii

Item quod quelibet Reformatio seu provisio que fiet in consilio
sive vicinia dicti communis ²⁾ sit derogatoria et abrogatoria omnibus
et singulis statutis quibus specialis mentio de verbo ad verbum fiet
in ea et habeat vim statuti aliquo non obstante.

*Quod aliqua statuta non sint contraria decretis domini ³⁾ nostri
ducis ⁴⁾ mediolani etc.* clxxxxviiii

Item quod omnia statuta in aliquo contraria decretis Illustrissimi
principis ⁵⁾ et excelsi domini nostri domini ducis Mediolani et cet....

1) Dopo la parola *predicta* havvi un segno di richiamo alle seguenti parole scritte
superiormente alla riga in carattere ed inchiostro diverso: « *et solvendi in duplum dictam
statueram Incantatoris.* » Dopo la stessa parola *predicta*, e sulla stessa riga, trovansi ag-
giunte, in carattere più piccolo ed in inchiostro diverso, le seguenti parole: « *Et quod
quilibet possit constringi ad iurandum ac ponderaverit aliquid venale, vel quod erat venale ad
petitionem Incantatoris.* »

2) Dopo la parola *comunis* tutte le altre seguenti sino alla fine, sono cancellate da
una linea in inchiostro diverso; e, pure in inchiostro e carattere diverso, sopra la riga,
trovansi scritte le seguenti parole: « *in futurum videlicet habeat vim statuti.* »

3) Sopra la parola *domini*, cancellata da una linea, trovansi scritte le due lettere ini-
ziali delle parole *Serenissimi domini*.

4) Anche le due parole *Ducis mediolani* sono cancellate da una linea, ed al disopra
fu scritta posteriormente la parola *venetiarum*.

5) Le parole da *principis a virtutum* sono come cancellate da una riga; ed al di sopra
della parola *principis* venne scritto posteriormente du. do. n. d.

comitis virtutum ac Statutis comunitatis riperie lacus garde brixie non valeant nec teneant in ea parte in qua essent contraria. Sed potius ipsa decreta statuta ordines et mandata prefati domini ac dicte comunitatis riperie in omnibus prevaleant et preceteris observentur, in alia vero parte non contraria plenam obtineant firmitatem ¹⁾.

Quod Quilibet consiliarius possit accusare. cc

Item quod quilibet consiliarius de consilio dicti communis possit et valeat accusare quascumque personas et bestias damnum dantes et facientes super territorio dicti communis secundum formam presentium statutorum et eidem fides plena adhibeatur circa accusas fiendas ut premittitur per eum absque aliqua alia probatione ²⁾ et habeant terciam partem accusarum.

Quod tererius possit accusare forenses. cci

Item quilibet tererius et qui solvit pro testa in dicto comuni et eciam onera et Factiones in eo possit et valeat accusare cum eius sacramento quascumque personas forenses et eorum bestias damnum dantes et facientes in territorio dicti communis sine aliqua alia probacione, secundum formam presentium statutorum.

De damnis reficiendis in villis communis. ccii

Item quod si aliquod damnum daretur de nocte et de die quacumque de causa super territorio de Salodo et si daretur in piarda de-vila, quod tunc illi homines habitantes in Vila de Salodo teneantur emendare dictum damnum pacientibus. Salvo quod si darentur damnatores quod tunc non teneantur ad emendacionem illius damni, et simili modo quod si daretur damnum de nocte et de die in pertinenciis de muro de salodo de Puvignaga de renzano de Buzeniga de monte de salodo et de Siniga quod tunc illi homines de dicta

1) La parola *firmitatem* venne scritta posteriormente in margine.

2) Le parole *et habeant* sino al termine sono state aggiunte posteriormente.

vila ex dictis vilis in qua daretur damnum de nocte et de die teneantur ad emendacionem illius damni pacienti. Salvo ¹⁾)

CVIII.

1407 — 17 GIUGNO

*Privilegio di Pandolfo Malatesta
concesso al Comune di Tignale.*

Inedito 2).

Pandulfus de malatestis Brixie.

Perlecta nobis exhibita supplicatione Comunis et hominum terre nostre de tignalio tenoris sequentis. Videlicet Magnifice et excelse dominationis vestre humiliter et cum omni debita reverentia supplicatur pro parte eiusdem fidelissimorum servitorum hominum de tignalio diocesis Tridentini Q, cum ob famam et clementiam dominationis vestre prout diu optaverunt se subicerint prefate dominationi vestre parati Juramentum fidelitatis subire ed inviolabiliter observare sperantes melius favorabilius et graciysi sub umbra prelibata dominationis tractari et gubernari debere quam unquam fuerint sub aliqua alia dominatione per tempora retroacta, Ea propter ne dicta spes et fiducia eorum quam gesserunt et habent in Inclita dominatione vestra evanescat aut deficere reperiatur. audent devotissime supplicare. Quatenus omnia et singula privilegia consuetudines honores pacta conventiones et exemptiones quas et que habuerunt et habebant temporibus retroactis eisdem que observata fuere dictis supplicantibus confirmare dignetur ac inviolabiliter facere observari. prout eisdem extitit promissum per dominum Capitanum Riparie vestre nec non fidelissimum servitorem Joanelum de lancetis fieri facere per prefatam dominationem precipue quod dicti supplicantes et

1) Manca il termine di questo articolo e manca pure il seguente ed ultimo cioè:

De expensis masariorum legendis in consilio dicti communis.

cciii

2) Dall'Arch. del Com. di Tignale.

devoti non sit suppositi aliquibus terris et specialiter Comunitati Riperie nisi in Criminalibus prout et quemadmodum erant sub terra Riperie tridentine quodque non astricti sint nec suscipere teneantur aliquem pro officiale qui habeat eisdem ministrare iusticiam in Civilibus, cum per eisdem temporibus retroactis ordinaverint unum ex eorum territorio, qui eisdem et specialiter tam terrigenis quam alienigenis habet iusticiam facere in Civilibus ut prefertur. Ac etiam nunquam artati fuerint ad subsistendum aliqua onera nec factiones imposite tam per eorum quondam Dominos quam per terras quibus suppositi fuerunt ulterius etiam ad substanendum aliquod onus reale nec personale vigore aliquorum fortiliciorum dominationis eorundem. Ac etiam semper fuerunt liberi et exempti ad possendum libere et tute, absque aliquali datij solutione mercimoniari, vendere et alienare eorum mercimonia super eorum territorio salvo et exceptato quod quolibet anno solvere teneantur libras octuagintaunam planet, in duobus terminis videlicet, medietatem de mense septembri et aliam medietatem de mense maij, et quas offerunt se velle solvere modis et consuetudinibus sopradictis. Alioquin dicti supplicantes in eorum confidentia et spe quam habuerunt et habent in his que eisdem promissa fuere, deficere reperirentur, quod non creditur fore nec esse intentionis pie ac solite dominationis antelate. Matura insuper deliberatione prehabita super continentia supplicationis per tacte gratiam que nostram eisdem supplicantibus volentes concedere, tenore presentium omni modo. Jure via forma et causa quibus melius possumus, eisdem Comunitati, hominibus, et singularibus personis dicte nostre terre Tignalis Confirmamus omnia et singula Privilegia, honores, consuetudines, pacta et exemptiones que abuerunt et eis hactenus observate fuerunt per alias nostros predecessores. Concedimus insuper et volumus sicuti requirirunt ipsi supplicantes quod ijdem supplicantes jurisdictioni Comunitatis nostre Riperie lacus garde brixiensis. seu Officialibus ipsius Comunitatis nullatenus sint, nec esse intelligentur suppositi nec submissi preter quam in criminalibus in quibus volumus et jubemus supplicantes cosdem jurisdictioni et officio Capitanci nostre Riperie antedicto,

fore et esse de cetero submissos atque suppositos, Etiam contenti sumus et nobis placet quod supplicantes antedicti ex hominibus et subditis nostris tenere debeant et elligere possint Unum Idoneum qui in civilibus habeat iusticiam ministrare terrigenis et etiam alienigenis terre nostre predicte. Possint etiam in onerosis et alijs questionibus et controversijs civilibus decidendis et fine debito terminandis interponere recursumi ad capitaneum nostrum riperie predicte, sumus quoque contenti quod supplicantes ipsi ac homines et singulares persone dicte nostre terre Tignalis in ipsa terra et eius territorio libere et absque dacij pedagij vel gabelle solutione mercimoniari vendere et alienare possint eorum mercimonia ipsis supplicantibus solventibus prout solvere obtulerunt omni anno texaurario nostre Riperie antedictae libras octuaginta unam planetarum in terminis infrascriptis. videlicet, medietatem per totum mensem junij et aliam medietatem per totum mensem septembri cuiuslibet anni. Quoque artari non possint ad substinentia aliqua onera vel factiones imponenda per nos seu officiales nostros neque ad expensas aliquorum fortiliciorum Mandantes Universis et singulis Potestatibus, Vicarijs, Capitaneis ceterisque Offitrialibus et subditis nostris. Quatenus ipsis supplicantes et quemlibet eorum debeant in singulis propriebus pertractare tanquam ipsis fideles subditos et devotos hanc confirmationem et presentes literas nostras ac in eis contenta observare, et facere inviolabiliter observari. In quorum testimonium has fieri et registrari iussimus nostri sigilli impressione muniri.

Datum Brixie. In domibus Episcopatus solite residentie nostre. Die decimoseptimo Junij Millesimi quadringentesimi septimi quindecime Jurisdictionis.

Loc. sigilli.

Paulus.

CIX.

1426 — 13 MAGGIO

Privilegi confermati alla Riviera dalla Repubblica Veneta.

Inedito 1).

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc. Universis et singulis presentis privilegii inspecturis facimus manifestum. Quod ad capitula et petitiones nostro Dominio presentatas per Discretos viros Materninum de Lancettis de Materno: Georgium de Tabachis de Gargnano: Cominum guielmini de Gardono: Johannes dictum pergaminum de materno: Johannem Bartholi de portexio: et Pasinum de Zechis de Bedizolis Oratores nostrorum Subditorum et fidelium devotorum Communitatis et hominum Ripperie nostre Lacus garde brixie. Quorum petitionibus inclinati Dedimus responsiones: et eisdem concessimus et Concedimus prout in subsequentibus responsionibus nostris continetur. Volentes et mandantes omnibus et Singulis Rectoribus, officialibus et subditis nostris ad quos pertinet, vel poterit pertinere. Quantas omnes et singulas infrascriptas nostras responsiones in presenti nostro Privilegio anotatas, debeant effectualiter prout jacent observare et adimplere, ac observari facere et Adimpleri. Ipsorum quem capitulorum et petitionum suarum: ac responsionum nostrarum tenor sequitur et talis est videlicet.

Et P.^o Ad primum Capitulum sic inquirens. Quod Communitas ejusdemque homines habeant et habere debeant merum et mixtum Imperium de per se: Quodque sit et esse debeat a Civitate brixie separata: ad Comunia eiusdem Communitatis qui sunt numero Treginta quatuor dividi nec separari possint in toto nec in parte a dicta Communitate prout hactenus: et per tempora retroacta usitatum fuit et

1) Leggi e Privilegi della Riviera. Cod. perg. XVI secolo fol. 1. (codice Queriniiano senza registro).

observatum. Et quod dicta Communitas in futurum non possit astringi vigore alicuius Compartitionis que fieret in Civitate Brixie: respectu alicujus oneris, tam realis, quam partialis ad assegnandum dicte Communitati aliquam portionem: quod onus contingetur per Civitatem brixie supportari ex impositione Sereniss. Duc. Domin. nec alio quovis modo.

Respondemus quod sumus contenti. Quod habeant merum et mixtum Imperium deperse sicut hactenus habuerunt: Et quod ipsa communia dividi non possint: ac quod non astringantur vigore alicujus partitionis qui fuerit in Brixia pro oneribus tam realibus quam personalibus.

Ad secundum: Quod eadem Sereniss. Dominatio propter varias immensissimasque expensas. variaque onera hactenus virulenter supportata et passa per prefatam Communitatem et homines et que usque ad prescriptorum adepti Dominij totius ripperie supportavit; et supportare contingit pro adeptione Castri de tignali: ac etiam propter certas erroneas et enormes expensas factas et supportatas per antedictam Communitatem occaxione reparationum factarum in fortificijs Communitatis memorate et circa ea, mandato officialium domini Ducis Mediolani: que expensa est vehementer excessiva. A dicto quod pro presenti anno difficilimum erit posse eam extenuare: propterea dignetur ipsos clementer exaudire, in relaxando sibi pro presenti anno Datia ipsius Communitatis. Ipsi Salarium Capitanei totiusque eius familie deputandi per prefatam Dominationem solventibus ad computum librarum centum quinquaginta trium et sold. duodecim in mense. Et pagas castellanorum secundum taxam et numerum hactenus limitatum ad Computum librarum quatuor pro paga. Et librarum viginti planetarum pro residentia Vicarij Materni: que volumus pro maiori parte ipsius Communitatis ab inde revocari debere per Donationem Memoratam. Quodque totum Capitaneatus officium unitum remanere debeat in uno loco: seu prout per Dominationem memoratam declarabitur.

Respondemus quod Sumus contenti. Quod habeant Datia presentis anni videlicet usque ad mensem Januarij. Ipsi solventibus expensas in capitulo contratas. De vicario autem Materni providebitur per nostrum Dominium prout utile nobis videbitur pro meliori ipsius ripperie.

Ad Tertium: Quod finito dicto anno. Dicta Datia remanere debant Sereniss. Duc. dom. memorate cum pactis, quod pro quolibet Modio olei solvantur soldi quatuor planet.: pro quolibet plaustro vini pro exitu soldi duodecim planet. Et pro qualibet libra extimationis bestie vendite denarij octo: et Datium introitus et exitus bestiarum quadrupedum: quamvis anno presenti solvantur pro quolibet modio olei sold. sex pro exitu et pro quilibet plaustro vini solvantur sold. xx. pro exitu. Et pro introitu cuiuslibet plaustri vini selani et vernatiae sold. xii. Et pro quilibet plaustro vini nostrani soldi octo pro introitu. Et pro qualibet libra bestie vendite soldus unus. Et hoc Additio facta fuit ob nimias et insupportabilem impositionem Dathiarum et onerum que dicte Comunitati imponebantur occaxione diminueri aliquam partem dictorum onerum. Quodque si contingeret per antedictam Dominationem acceptare ipsa Datia, quod ponantur ad incantum per presidentes dictis Datijs in terra Salodij. Et quod ab alijs oneribus tam realibus quam personalibus perpetuo sint exempti. Ad hoc ut possint sub solita umbra suprafacte Dominationis se reconciliare et restaurare: Cum sint usque nunc maximis usuris suppositi. Et quod dicta Dominatio solvere debeat expensam Capitanati eiusque familia et castelanorum.

Respondemus quod sumus contenti. Quod de oleo solvantur soldi quatuor: pro vino soldi quatuordecim. De extimatione bestiarum: denarij octo pro libra: quod ultra hoc Datium introitus et exitus dictarum bestiarum: que datia vendantur in Salodo prout petunt. De angarijs non Respondemus: quod non consuevimus imponere contra subditis nostris, nisi maxima et urgenti causa que redundat ad eorum comodum, et debent esse certissimi, quod eos tractabimus dulciter et humane prout faciemus alios subditos nostros.

Ad Quartum: Quod si quo tempore contingerit velle construere aliquod fortilicium per prefatam Dominationem: seu reparationis aliquam in dicta Comunitate facere, nec alibi. Quod dicta Dominatio dignetur velle dictos homines exemptos et immunes facere a talibus oneribus et quod sumptibus prefati Dominationis fieri debeat.

Respondemus quod adveniente causa qua necesse nobis videretur aliquod Fortilicium de novo construi facere sumus contenti illud fieri facere ad expensas nostri Dominij. Reparationes vero que fieri essent necessarie fiant juxta consuetum.

Ad Quintum. Quod Comunitas et homines ejusdem non debeant cogi ad faciendum aliquam munitionem, nec guarnimentum in dictis Fortilitijs quo quo tempore: Et quod omnes munitiones bladi reser-vate in fortilitijs, et que erant ipsius Comunitatis solvantur vel quod restituuantur.

Respondemus quod considerato, quod dicta fortilitia male starent ad presens sine aliqua munitione volumus quod munitiones quas in ipsis esse reperiuntur, remaneant in eis. Sed quod decetere nullo modo cogantur ad faciendum munitionem nec guarnimentum: secundum conserventur in eorum antiquis consuetudinibus.

Ad Sextum: quod per prefatam Dominationem non debeant dicte Comunitati imponi aliquod onerus extraordinarium: neque aliqua Factio extraordinaria.

Respondemus: quod ad hoc superius ad tertium capitulum responsum est.

Ad Septimum: Quod dictis hominibus Immunitas et Privilegium concedatur quod non artentur ad solutionem aliquarum bulitarum: si contingerit eos ire equestres seu pedestres ad Civitates Verone, Vincentie, Padue, seu per eas transire.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad Octavum. Quod liceat et licitum sit dicte Comunitati et hominibus posse levare in terris Civitatibus atque locis quibuscumque Sereniss. Dominationis prefate tam adeptis, quam in futurum acquirendis per ipsam Dominationem, omnem et quamcumque bladi et leguminis quantitatem quam levare voluerint pro eorum usu, et familiarum suarum: Ipsiis Datia imposta per prefatam Dominationem in dictis talibus terris civitatibus et locis solventibus.

Respondemus quod sumus contenti eis in hoc complacere, habendo semper bonam advertentiam quod loca unde illa blada vellent extrahere non recipient incomodum.

Ad Nonum quod dicta Dominatio Illustrissima dignetur sua Clementia nolle aliqua Datia alia innovare nisi dum taxat illa que erant ipsius Comunitatis, et que sunt in dicta Comunitate usitata respectu ipsius Comunitatis. Quodque eisdem nullatenus imponatur aliquod Datium Imbotamentum vini Manerve fundugi feraricie, nec aliquod aliud Datium ipsis hominibus exosum.

Respondemus quod sumus contenti quod eis nova Datia non imponantur sed quod solvantur illa datia que solvebant antequam venissent nunc ultimo sub Dominio Domini Duci Mediolani.

Ad Decimum quod antefacta Dominatio manuteneret debeat in locis ipsius Comunitatis, et ubi districtus manutendum salem rubrum et cyprianum ad sufficientiam pro vendendo dictis hominibus et buris existentibus in dicta Comunitate ad rationem deniorum quinque pro libra brixense et quod nulla alia Salis impositio eisdem imponatur.

Respondemus quod videtur nobis conveniens nec iustum est ponere Sali unum pretium in uno loco et aliud in alio. Sed volentes in cunctis possibilibus complacere. Sumus contenti non dare eis illa vigintiquinque plausta Salis que eis dare solebant. Sed vendi facere Salem robrum et cyprianum ad denarios sex pro libra prout semper extitit consuetum. Ita tamen quod ipsi sint astricti non accipere alium Salem quem nostrum sub illis penis quas nobis iuxta videbuntur.

Ad Undecimum. Quod omnia Decreta domini Ducis Mediolani sint irrita vana et cassa nulliusque valoris: nec non quodam Statutum in Volumine Statutorum insertum positum sub R. *De faciendo cessionem bonorum.* Et quod nulla prima possit carcerari. Cum multi sint qui sub pretextu talis statuti faciunt alienationes: et contractus simulatos in fraudem creditorum ab eis habere debentium quod non fuerint: si tale Statutum non sub esset. Quod non credit et cessit ad maximum mercatorum detrimentum. Hoc salvo quod alia statuta confirmantur: et aliud decretum quod incipit *Nos Joannes Galeatus* subvertendo tamen nomine ipsius, et reddigendo ipsum sub nomine Ducalis Dominationis: et omnes eius partes et capitula, quod divulgatum fuit die vigesimo secundo octobris 1386. Nec non aliud decretum quod incipit *Nos dominus Mediolani:* quod divulgatum fuit die XIIIJ. novembr. 1386. Salvo quod dato judice in causa appellationis libellus possit porrigi coram judice ordinario seu Vicario domini Capitanei ripperie et ibidem totus processus agitari secundum terminos in dicto decreto assignatos. et quod postquam datus fuerit judex, qui dari debeat post appellationem interpositam ad instantiam partis requirentis infra unum diem utilem. Et quod tunc incipiat currere tempus instantie et ellipsis terminis probandi et reprobandi. Quod dictus Judex datus intra tempora in dicto statuto limitata videlicet dierum vigintiquinque utilium, debeat suam sententiam in scriptis protulisse, usque quo super ipsis statutis et decretis provisum fuerit aliter et alio modo per prefatam Dominationem et secundum morem et stilum ipsius soprafate Dominationis: et pro ut sibi videbitur. subvertendo tamen nomen Ducis Mediolani in dictis decretis expressum. Et quod ipsa statuta et decreta aliqualiter non habeant derogare aliquibus literis decretis, et rescriptis que per prefatam Dominationem emanarentur vel ediderentur.

Respondemus: quod fiat sicut petitur.

Ad Duodecim. Quod quilibet persona Comunitatis predicte seu in ea stans et habitans pro debitis eius tam contractis quam in

futurum contrahendis et inhiendis possit personaliter deveniri, si non habuit in bonis, ut precludatur via faciendi aliquos contractus simulatos prope quos excludere intendunt creditum mercatorum, aliarumque personarum, que dant res suas ad credentiam. Si non fuerit ex terra, quamvis haberet in bonis extra ipsam ripperiam possit teneri personaliter detineri si contractus fuerit celebratus in ripperia: vel si aliquid emerit, vel perceperit aliquovis alio titulo a persona dictae Comunitatis in dicta ripperia propter quod fuerit debitrix talis persone ipsius Comunitatis, seu in ea stantis et habitantis. Salvo quod hoc Decretum non habeat opitulari personis habentibus publicam vocem et famam foenerandi, nec eo uti possint. Quod quam aliam provisionem factam et reformatam per Comunitatem predictam confirmare. Que est posita sub Rubrica Qualiter fides adhibeantur infra scriptis indigentibus subscriptione ferundi notarij. Et quam incipit. Item quod si reperiatur. et finitur, quam in futurum fiendis. Item aliud statutum quod incipit, Item statutum est. et finitur, alio statuto in contrarium disponentur. Item aliud statutum positum R. . . . *De compromissis fiendis debitibus.* Et quod incipit item statutum est: quod de qualibet lite, et finitur de preceptis fiendis ad quindecim dies utiles retenta vi. Et que confirmata fuerunt ad petitionem dictae Comunitatis et hominum per dominum Ducem Mediolani, et multum redundant in favorem ipsius Comunitatis et hominum: Cum ex eis releventur a multis laboribus et expensis.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad Tertium decimum: Quod omnis immunitas et exemptio concessa per Dominos de vicecomitibus aliquibus communibus et singularibus personis sint irrita, vana et cassa: nulliusque valoris et momenti nec sibi quoquomodo opitulare, nec in futurum opitulari possit, nec debeat per prefatam Dominationem aliqualiter confirmari: nec aliam personam ejus nomine: et si confirmata esset aboliri debeat, et abolita esse intelligantur per inde ac si nullatenus confirmata fuissent per Dominationem memoratam.

Respondemus quod fiat sicut petitur.

Ad quartum decimum: Quod prefata Dominatio dignetur nolle alienare, infeudare, nec quovis titulo quocumque censemur trasferre aliquo tempore, nec perpetuo ipsam ripperiam alicui domino, seu potenti viro: aut alicui singulari persone, comuni, collegio, et Universitati: nec aliquam ejus partem: nec cum alia terra Civitate loco et Castro permutare: nec ipsam dividere et dimembrare quoquo modo: etiam si ducali Dominio succederet in maiori comodo, quam foret ipsa ripperia.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad quintumdecimum: Quod omnes banniti tunc existentes super Comunitate predicta tempore quo adeptum fuit integralem totum Dominium ipsius Ripperie, dummodo non sint banniti de rebellione: ab eorum bamnis et contumacijs exhibantur: et ipsi Cancelentur et aboleantur de quibuscumque libris, lischis, filsis et scripturis: habendo tamen partem cum offensis: et casu quo pax haberi non posset cum hijs: quod saltem possint libere et impune stare et habitare in dicta ripperia bene se abendo et gerendo. Salvo quod gratia vera non debeat dispensari cum quodam Francisco Cazoni Satelite occisore cuiusdam sui fratris: et ejus Compatriis et condennato de falso monita et que delecta fuere partis comissa super territorio verone: et partim super Comunitate predicta: super quibus nullatenus possit, nec debeat stare nec habitare.

Respondemus quod sumus contenti, quod banniti habentes cartam pacis exceptis ribellibus extrahantur de banno et possint impune stare in ripperia: non habentibus vero cartam pacis, non: pro rumoribus evitandis.

Ad xvi.º capitulum. Quod Capitaneus deputandus per Dominationem prefatam in Comunitate predicta, non possit, nec debeat tenere, nec secum ducere, aliquem Vicarium, Cancelarium, Contestabilem Collateralem: nec aliquem familiarem: qui steterit cum Capitanis positis, seu ibidem deputatis tempore Dominorum de viceco-

mitibus. Et quod prefata Dominatio dignetur nobis assignare pro Rectoribus et Capitaneis nostris, de Magnatibus, et probatis viris felicissime terre Venetiarum: qui conducere possint Vicarios, Cancellarios, Collaterales et familiares terrarum Dominationis suprafate: Dummmodo non sint, seu fuerint Vicarij, Cancellarij seu Collaterales temporibus retroactis Capitaneorum deputatorum tempore Dominij de vicecomitibus ut profertur: et qui non sint nimis domestici seu vicini terrarum ipsius Comunitatis: seu personarum eiusdem.

Respondemus quod fiat sicut petitur.

Ad Decimum septimum. Quod dicta Comunitas, et homines ejusdem: non teneantur, nec cogi possint per aliquos Rectores, seu officiales ibidem deputandos ad dandum, nec eisdem concedendum alias massaritas durante eorum officio, nec alias per alios de eorum familia.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad xviiij.^m Quod cum tempore Domini Pandolfi: et ejus Dominio pendente per officiales ejusdem ejus nomine et alias iudicentes vendita et alienata fuerunt quam plura bona non nullorum de dicta ripperia forensicorum rebellium et inhobedientium Dominationi sue, ejusque statui confacentium: ac data fuerunt insolutum aliquibus eorum forensicorum rebellium, et bannitorum creditoribus: Que quidem bona quam valde fuere bonificata et meliorata, tam plantarijs et elevamentis murorum, alijsque melioramentis: de inde que cum ipsa ripperia pervenisset ad Dominium domini Duci Mediolani. Idem dominus Dux per suas litteras et capitula concessa certis hominibus ipsius ripperie, Cassavit et irritavit et annullavit dictas venditiones alienationes et insolutum dationes fodras ut supra. nullo interveniente pretio: tam respectu emptionis, quam respectu melioramentorum super inde factorum: privando dictos emptores possessione dictorum bonorum: et sibi denegando refectiones melioramentorum, in forma quod ipsi Emptores penitus exclusi remanserunt, eorum

relichto pretio et melioramento super inde facto. Reristituendo eos ad possessiones dictorum bonorum absque alio juris ministerio et contra omne juris debitum. Pro inde Dominationi memorate supplicant, Quare dignetur alterum de duobus conceditur dictis hominibus dicte Comunitatis emptoribus et creditoribus aut quod ponantur restituantur et inducantur in et ad tenutam et corporaliter possessionem bonorum per ipsos tunc temporibus acquisitorum in qua erant tempore domini pandulfi et ante spoliationem factam vigore literarum domini Dicis prelibati de dictis bonis facta, juxta taxationem bonorum viorum reficiantur. Ad quam taxationem fiendam dicti boni viri, seu amici comunes compellantur omnibus juris remedij etiam per personarum detentionem causa quo ipsam taxationem facere, seu dirimere recusarent: Et non obstantibus aliquibus taxationibus seu sententijs super inde factis et latis.

Respondemus quod eos ortamur: ut consideratis conditionibus temporis presentis velint habere pro nunc part. sed cum tempore habita super inde bona informatione, erimus parati facere eis tamquam bonis servitoribus nostris omnia que honeste facere poterimus.

. Ad xviiiij.^m Quod cum tempore predicto, videlicet pendente dicto Dominio Domini Pandulfi plures venditionis alienationis insolutum dationis contractus, transationes, instrumenta, obligationes et distractus facti et facte fuissent voluntarie per non nullos de dicta Comunitate et alias habentes bona super dicta comunitate, certis hominibus et primis ejusdem Comunitatis: Fiunt que per ipsum Dominum Ducem Mediolani postmodum revocati et revocare nullo habitu respectu iudice vigore terrarum ejusdem. Adeo quod quam plures ejusdem Comunitatis, immensissima damna supportaverunt: et quasi ad eorum totalem consumptionem sunt deducti contra omnem juris formam. Nullo habitu respectu ad aliquam melioramentorum refectionem. Propterea dignetur Dominatio memorata Considerato tam furori ardori partialitatis vigente in prefatum Dominum Ducem, quod contra non nullos de dicta ripperia suis litteris fulminavit, In volendo eos

deducere ad extrema supplicia, Approbare, confirmare, ratificare dictas venditiones, alienationes, contractus, insolutumdationes, transationes, obligationes infrascriptas et districtus taliter factos prout jacent. Et subsequenter irritare, cassare et annullare decreta et ordinamenta edita super inde facta, per prefatum Dominum Ducem Mediolani: nec non sententias et transationes latae et factas super inde. Et quod dicte tales persone, que tunc temporis possidebant dicta bona sint in eodem statu prout erant tempore domini Pandolfi, dictis talibus sententijs et transactionibus latis et factis super inde, non obstantibus.

Respondemus. Quod considerato, quod sunt res que vadunt a spetialibus partis, ad spetiales partes: captato tempore habili mittemus aliquam personam: que auditis partibus nos informet super inde: Et sint certissimi quod faciemus et disponemus pro ut jus postulat et requirit.

Ad Vigesimum. Quod cum multi fecerunt, qui non confesi fuerunt jus suum consequi, nec experiri pendente Dominio domini Ducis Mediolanj, tum quia semper comorabantur in actu se absentandi perpetuo favores immensos uni parti prostitos: tum quia non habebant sua jura. Quod aliquibus personis dicte Comunitatis prope temporis cursum: et spetialiter pendente ejus Dominio: non intelligatur esse cursa aliqua prescriptio pro eo tempore quo stetit in Dominio, a dominio Domini Pandolfi citra: et quod restituantur, et restituti esse intelligentur ad eorum jura.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad vigesimum primum. Quod quelibet persona Dataria, que habere debuisset et deberet ab aliqua persona vigore alicuius Datij: quod non intelligatur esse cursum aliquod tempus vigore aliquorum pactorum dicti Datij quo minus consequi possint eorum creditum a personis sibi debentibus.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad vigesimum secundum. Quod omnia bona existentia super Comune de Salodo, et quem solita erant solvere cum ipso Comuni solvere debeant, ubi persone quarum sunt dicta bona habitant. Exceptis domibus extimatibus in ipsa terra Salodij, que solvere debeant cum ipso Comuni de Salodo: seu cum alijs bonis ipsorum hominum Salodij: Et hoc dum fiet mutatio, seu correctio foculariorum.

Respondemus quod fiat sicut petitur.

Ad vigesimum tertium. Quod cum sit magna discrepacio inter Comunia de materno, de Tuscolano, de Gargnano, de Tremosigno, et de Limono ex una parte, seu pluribus partibus, et que Comunia sunt numero quinquetregintaquatuor Comunium ipsius Comunitatis: Et alia Comunia que sunt numero vigintinovem, ubi debeat officium Capitaneatus residentiam facere cum tota ejus familia. An in terra Salodij, an in terra Materni, cum ipsa quinque Comunia allegent debere morari in terra Materni, saltem pro medietate temporis: et ibidem pro dicto tempore debeant rationes Comunitatis calculari, Citra vero Comunia asserant debere morari in terra Salodi. Cum ipsa terra sit in centro omnium Comunium, et magis apta et congruor locus omnibus Comunibus, quam sit ipsa terra Materni. Istud decretum debere dirimi et declarari per Serenissim. Dominationem vestram et nostram. Et ita ipsius dispositionis de partium vulnitate remissum est.

Respondemus quod providebimus De residentia Capitanei nostri, prout nobis pro meliori Comoditate omnium fidelium nostrorum ripperie videbitur.

Ad vigesimum quartum. Quod omnes homines de terra et territorio tignalis, qui se reduxerunt in castro tignalis: Et qui se expsuerunt ad offensam dicte Dominationis. Banniantur et rebellentur eorumque bona assignentur Comunitati nostre: que succedant loco expensarum factarum et fiendarum per dictam Comunitatem circa dictum Castrum, in casu quo se non reducant infra certum tempus per nostram Dominationem statuerj. Sub extraie prefate Domina-

tionis. Et quod homines abitanti a Comunitate nostra ripperie: et quod perseverant in contumacia, et ad offensam prefate Dominationis. Et specialiter quidam Joannes dictus bereta et Marcus et ceteri eius fratres seu eorum filii et dependentibus qui insistunt sedulo detractioni Serenissime Dominationis prefate: Et quidam bertherius marchesini de picardis de Salodo: Joanninus petrinij de tremosigno: Dominus Nicoloxij de turellis, et Massarius cum filiis eius: et Bertherius et Benvenutus ac Andreas fratres de Bertazolis cappe: et Antonius Conti guerinj: et Tonolus peterboni et pasquettus Bertheri et frater eius: et Antoniolus petrebonj et Albertinus et mafeus cum tota ejus familia. Et Manfredus guielminj omnes de Gargnano, et qui die nostrumque se exponunt contrastatum memorate Dominationis.

Respondemus quod fiat veluti petit: Assignando terminum illis qui sunt in Tignalij octo dierum: et illis qui essent ex unius mensis a die proclamationis facte.

Ad vigesimum quintum. Quod omnes Condemnationes que devolute erant domino Duci, et omnia credita eidem pertinentia sint irrita, vana et cassa et nullius valoris: et dictis debitoribus ipsius camera remissa censeantur, Exceptis debitibus texaurariorum ad quorum manus pecunie ipsius comunitatis sunt pervente que non fuerunt solute ipsi domino Duci, restituantur ipsi Comunitati omni exceptione remota, si non constat de eorum confessione.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad vigesimum sextum. Quod omnes Condemnationes, que sunt per dominum Capitaneum ripperie et ejus familiam sint et spectant ipsi Comunitati: Et specialiter ille que similiter fiebant tempore domini Duci Mediolani.

Respondemus quod observetur consuetudo solita.

Ad vigesimum septimum. Quod si quo tempore Serenissima duc. Dominatio. acquireret terra Ripe Tridentine quod dens annuat quod

dicti homines nostri ripperie non teneant solvere maius Datium pro Muta ipsius ripe seu pro Datio olei quod conduceretur per ipsos homines ripperie quem solvatur per homines veronenses.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad vigesimum octavum. Quod si causa occurreret, quod aliquis commiteret homicidium seu furtum, seu aliud delictum ex quo pena Sanguinis veniret imponenda in terra, seu terris Comunitatis per aliquam personam istius Comunitatis. Quod propter talis homicidium, furtum, vel delictum non possit, nec debeat se transferre ad Civitatem Verone, Vincentie seu eorum districtum et diocesim, nec ibi-dem residentiam facere.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad vigesimum nonum: Quod omnes intrate que pervenerint ex dicta Comunitate: et que essent devolute, seu spectarent Sereniss. Duc. Dominationi seu Comunitati suprascripte, debeant percipi per unum texaurarium deputandum per dictam Comunitatem, dummodo dicte Camare fiat bona cautio per ipsam Comunitatem de ipsis intratis percipiendis omni mense. Et quod ipsas intratas portari faciet in fine cuiuslibet mensis Brixiam seu Veronam: seu prout per prefatam Dominationem deliberabitur Camerlengo deputando, et nominis prefate Camare recipienti: et omnes officiales ipsius Comunitatis deputandi per prefatam Dominationem compellent omnes debitores ipsius Camare omnibus Juris remedij ad omnem requisitionem dicti texaurarij. Lapso termino stabilito dictis debtoribus, ut portatura dictorum denariorum fieri possit quecumque prefate Dominationis placuerit.

Respondemus quod sumus contenti, quod elligant per suum consilium de anno in annum unum exactorem fidum et sufficientem, qui prestet sufficientem plezariam de eo quod percipiet et administrabit, et Mandabimus quod detur favor conductoribus Datiorum contra suos debitores.

Ad Trigesimum. quod Mercatores et alie que vis persone Comunitatis ripperie conducentes, portantes seu conduti et portari facientes oleum ad civitatem venetiarum, seu ad alias terras prelibate Dominationis. Quod pro dicto eorum oleo conducendo non solvatur majus Datuum in ipsis Civitatibus et terris ipsius Dominationis per ipsos de ripperia quam solvatur per homines veronenses.

Respondemus quod fiat ut petitur.

Ad Trigesimum primum. Quod cum alias tempore adeptionis roche de Manerba facte per Dominum Ducem Mediolani essent reducti in dicta rocha sub spe tuitionis personarum eorum, multi et specialiter aliqui ex infrascriptis. Et Castellanus tunc temporis ibidem existens certam fecerit Compositionem cum Zanono de Capodistria Thomasio de la rosa, et Joanne de nitia: In qua compositione dictus Castellanus dedit dictos homines dicto Zanono pro pretio ducentorum Mille quinquaginta: quamvis introitus aliquis pecunie non affuerit: Et ex hoc ipse Zanonus fecit fieri certam obligationem de dictis ducatis per prefatos homines, fingendo se illos exbursasse dicto Castellano: Titubant que ne in processu temporis dicta obligatio exigatur per aliquos que sorte se submitterent Dominationi memoratae quamvis facta fuerint ficticie et simulate. Pro inde transmiserunt Joannem de paterno: et Joannem baroli ad Magnificum dominum Marcum dandulo verum provisorem in brixia: Et dunc predicta per ipsos forent explicata, affirmando eidem quod servarent modos, ut Rocha poneretur in vicibus vestre dominationis. Si talis exatio non sortiretur effectum. Ex quo prefatus dominus Marcus imposuit prefatis Joanni, et Joanni, ut audactor promitterent antedictis hominibus. Si dicta rocha poneretur in fortia et potestate nostre Dominationis. Quod non pateritur Dominatio prefata, ut talis contractus executionem habueret quod ipse solverit de habuere Dominationis prefata. Proinde dignetur dictis hominibus concedere prefata Dominatio, ut talis contractus sit simulatus et fictitius, et nullo tempore sub felici umbra ejusdem locum habere debent. Et de

promissis etiam Magnificus dominus Comes Franciscus Carmignola est informatus. Quorum nomina sunt hec videlicet, Petrus Boturinj. Ber- tinus Vechij. Antonius Gandulfi: Perusius de Moniga. Antonius Ja- cobi avantij. Zenebonus nicolini. Bertenus sartor. Joannes guardinelli Joannes peterzoli avantij. Berthinus manfrede. Bertherus Stefaninj omnes de manerba.

Respondemus quod fiat sicut petitur.

Ad Trigesimum secundum. Quod cum magna pars Vallis tenensis et Campanie sit sub dyocesi Episcopatus Verone: et titubet quod eidem imponatur collecta decime per dominum Episcopum, quod non fuit usitatum a tanto tempore quod non extat memoria in contrarium. proinde dignetur Dominatio memorata mandare et concedere dictis squadris. Quatenus eisdem non imponatur aliqua Collecta decima prout assueti sunt: et quod aliud eisdem hominibus non innovetur.

Respondemus quod fiat veluti petitur.

Ad Trigesimum tertium vero et ultimum. Quod cum alias vigore partialitatum dominus Dux Mediolani diruere fecerit certa opida: Vi- delicet Castrum de Bedizolis: et Castrum de polpinatiis que opida multum conferebant et magne utilitatis erant ipsis hominibus, et co- munitati, propterea dignetur Dominatio memorata de novo conce- dere. Et licentiam impartire dictis hominibus: Quatenus dicta opida rehatificare possint et valeant: cum multum succedent ipsi Domina- tioni et Comunitati nostre in maximum comodum et robur supra- fate Dominationis.

Respondemus quod sumus contenti quod fabricare possint, sicut petunt suis tamen expensis in quorum omnium fidem et evidentiam plenioram, hoc presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra plumbea pendente muniri.

Datum in nostro Ducali palatio Die terciodecimo mensis Maji:
Indictione quarta. M. CCCC. XXVJ.

CX.

1437 — 15 MARZO

Disposizioni circa le appellationi si civili che criminali.

Inedito 1).

In die XV mensis Martij hoc Statutum confirmatum fuit per Serenis. Dominationem nostram cum Consilio Rogatorum, cuius tenor talis est.

Item Statutum et ordinatum est quod cum homines dicte Riperie penitus fuerint separati a Jurisdictione Civitatis Brixie, et prelibatum Ducale Dominium videantur Jurisdictioni et Officio Magnificorum Rectorum dicte civitatis in causis appellatorum interpositam a sententijs latis per D. Potestatem Riperie, et ejus Vicarium absque Consilio Sapientis submissis, quod omnes ipse appellationes devolvantur et devote intelligantur ad nostros Auditores novos. sent. novor. in Venetis, et prout decidebuntur appellationes Civitatis Verone, et aliam Civitatem prelibate Ducalis Dominationis Nostre, ut sic dici nequent omnes dicte Riperie Jurisdictioni Civitatis Brixie a que semper in civilibus et in criminalibus fuerunt separati, fore submissos.

CXI.

1438 — 16 GIUGNO

Si determina d'inviare un Provveditore a Salò.

Inedito 2).

Quia considerata importantia loci nostri Salodij, si bonum quod apud Rectorem sit unus Provisor. Vadit Pars, quod per Collegium mitti possit unus noster nobilis pro provisore ad dictum locum Salodij,

1) Ex capit. Ill.mo D. Audit. Nov. Senat. Capit. Cart. 44. 1.

2) Reg. 14, cart. 117 t. Senato Secreto.

cum stipendio ducatorum triginta in mense, et cum illa expensa et
commissione que dicto collegio videbitur.

De parte — 131.

De non — 14.

Non sinceri — 4.

die suprascripto

Electus fuit

Ser Andreas Marcello.

CXII.

1440 —

Privilegio concesso alla Comunità della Riviera.

Inedito 1).

Franciscus Foscari dei gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapienibus viris potestati et Capitaneo Brixie, ceterisque Rectoribus Provisoribus et officialibus nostris in Brixia et ripperia Brixiensi constitutis presentibus et futuris: Fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Cum Comunitas et homines fideles nostri Ripperie Brixiensis lacus garde: per suos Ambaxiatores Nobis fecerint presentare Infrascripta Capitula. Nos illis examinatis, volentes in his que nobis honesta visa sunt suis supplicationibus annuere: Deliberavimus ad unum quodque Capitulorum responsiones nostras prebere, ut inferius latius cavitur. Rectoribus itaque nostris Provisoribus et officialibus predictis, et unicuique verum scribimus et Mandamus. Quatenus secundum quod in ipsis nostris responsionibus continetur. Ita facere et observare ac observari inviolabiter debeatis. Tenor autem Capitolorum et Responsionum. Talis est. Videlicet.

Primo Quod Comunitas Ripperie lacus garde Brixiensis ejusque homines habeant et habere debeant Merum et Mixtum Imperium de

1) Leggi e Privilegi della Riviera, Cod. perg. del secolo XVI, fol. 12 (Cod. Quariniiano senza registro).

per se: Quod que sit et esse debeat a Comunitate Brixie separata: ac Comunia ejusdemque: sunt numero Triginta quatuor dividi, nec separari possint a dicta Comunitate in toto, nec in parte: sed potius in unum corpus remanere prout hactenus, et jam annis ultimis ducentis extitit. Et quod ipsa Comunitas non possit astringi vigore alicuius Partitionis, que fieret in Civitate Brixie, respectu alicujus oneris tam realis, quam personalis ad substituendum aliquam portionem dicti oneris, quod onus contingit per ipsam Comunitatem Brixie supportari ex impositione prefate duc. dominat. venetiarum, nec alio quovismodo: et quod Capitulum alias etiam fuit per prefatum ducale Dominium Confirmatum.

Ad primum respondeatur. Quod sumus contenti, Quod habeant merum et mixtum Imperium sicut hactenus habuerunt hoc tamen excepto et declarato, quod Casus in quibus pena sanguinis veniret imponenda sint reservati Rectoribus Brixie. Et quod ipsa Comunia dividi non possint: Et quod non astringantur vigore alicuius Partitionis pro oneribus tam realibus quam personalibus, exceptis tamen factionibus occurrentibus tempore guerre. Ad quas non graven-
tur, nisi secundum quod videbitur Rectoribus Brixie.

Item quod prelibata ducalis Dominatio dei gratia speciali Digne-
tur et debeat dicte Comunitati dare et assignare de tempore in tem-
pus, et prout ipsi ducali Dominationi nostre videbitur pro rectore
et potestate ejusdem Comunitatis de Nobilibus et Magnatibus viris
ejusdem Fidelissime terre nostre venet. et non alterius Civitatis, nec
terre: Qui conducere et traere secum teneant et debeat vicarios qui
sint Doctores legum, Collaterales, Cancellarios, Conestabiles, et Fa-
mulos terrarum prefate nostre ducalis Dominationis. Dummodo ipsi
non fecerunt officiales, seu famuli temporibus retroactis dominorum
et Capitaneorum tempore Dominij dominorum de vicecomitibus, et
nimis domestici: seu vicini terris ipsius Comunitatis, seu hominibus
ejusdem. Et quod totum officium Potestarie ipsius Comunitatis uni-
tum remanere debeat in uno loco ejusdem Comunitatis: et ubi per

eandem Dualem Dominationem declaratum fuit: et quod capitulum etiam alias fuit ut supra Confirmatum et observatum.

Ad secundum quod volamus libenter sibi complacere. Sed sicut faciunt per Capitula concessa nostre fidelissime Comunitati Brixie potestas, illius ripperie debet esse Civis Brixie. Quibus capitulis aliquatenus derogare non possimus. Verum volumus quod vicarius ejusdem potestatis sit jurisperitus Forensis et quod qui fuerint ibi officiales non possint redire ad dictum officium ante quinque annos, et quod illi de Materno possint habere vicarium residentem in Materno. Ipsi tamen de Materno habentibus Datium Banchi juris dicte terre in Civilibus tantum.

Item quod dicta Comunitas nec homines eiusdem teneantur, nec cogi possint per aliquos ad Dandum, nec concedendum prefatis dominis Rectoribus in dicta Comunitate deputandis per prefatum ducale Dominium, nec alijs officialibus dicte Comunitatis, aliquas massariias, nec utensilia seu supellectitia quecumque per aliquod tempus.

Ad Tertium fiat ut petitur.

Item quod prelibata ducalis Dominatio vestra, seu clementia dignetur ipsi Comunitati ripperie Dimittere et relaxare, seu etiam et donare Datium notariatus, seu officij Banchorum Civilium causarum ipsius Comunitatis ita ut facere et disponere possint ad sui libitum amodo, et ad dictum officium elligere et deputare personas idoneas: et sufficientes et bone conditionis et fame, et quibus lites sint exose: Et qui eas toto suo posse extinguant et concordent ad hoc ut in ipsa Comunitate non insurgant lites que hinc retro quodammodo fiebant immortales, et ut etiam homines ipsius Comunitatis possint de tempore in tempus modificare excessivas expensas et solutiones quas hinc retro notarij pro suis scripturis recipiebant.

Ad quartum fiat quod servetur consuetudo servata tempore Dominij nostri.

Item quod eadem Sereniss. ducalis Dominatio propter varias et immensissimas predas et robarias ac Domorum combustiones supportatas per ipsam Comunitatem et ejus homines in Guerra presenti in

servitio ipsius vestre Ducal. dominat. pro conservatione status ejusdem. Dignetur eos clementer exaudire, et eis per decem annos proxim. futuros dimittere et relaxare omnia Datia ipsius Comunitatis. Ad hoc ut in isto tempore ipsi de ripperia possint se de aliquo recuperare: et eorum possessiones que steterunt incultis jam annis duobus preteritis reaptare, et eorum domos rehedicare, et sub vestra Duc. Domin. umbra feliciter degere: ipsis tamen de Ripperia interim soluctibus salarym domin. potestatis dicte ripperie et suorum officialium ad Computum consuetum.

Ad Quintum Respondeat: Quod vident et clare percipiunt nostras magnas expensas, quas habemus et habituri sumus et maxime pro conservatione eorum et aliorum nostrorum fidelium: propter quas non possumus sibi complacere: Ideo opus est, ut Datia nobis remaneant ut ipsis expensis suppetere possimus.

Item Quod Finitis dictis Decem annis ipsa omnia Datia dicte Comunitatis: excepto dicto Datio officij seu notarie Bancorum ciuilium causarum quod in futurum ipsi Comunitati remanere debeat ut supra remaneant et remanere debeant nostre ducali Dominationi, cum pactis et ordinibus que servabantur et usitabantur tempore Dominij vestri. Que pacta et ordines petitur per eandem Comunitatem confirmari debere per vestram dualem Dominationem eodem nostro Ducali Dominio solente salarym dicti domini potestatis ripperie et suorum officialium et pagas Castellanorum. Et quod ipsa Datia ponantur ad incantum in terra Salodij per dominum potestatem ejusdem.

Ad sextum Respondeatur quod servetur, quod tempore Dominij nostri solitum est servari.

Item quod prefata ducalis Dominatio nostra Dignetur sui Clementia nolle aliqua Datia innovari nisi dumtaxat illa que erant ipsius Comunitatis. Et que hinc retro in ipsa Comunitate sunt usitata respectu ejusdem. Et quod eisdem nullatenus imponatur aliquod Datium imbotatur, vini, olei, macine fundegi, farine et bladi: nec aliquod aliud Datium ipsi Comunitati exosum et hominibus nec permittitur in ipsa Comunitate aliquos officiales alicuius Datij alterius Civitatis vel terre.

Ad septimum Respondeatur. Quod eis non imponetur nova Datia. Sed quod solvant illa Datia que solvebant ante quam venissent nunc ultimo sub Dominio Ducis Mediolani De offitialibus autem alicujus Datij qui non permittantur stare in ea Comunitate etc. Fiant ut petunt.

Item quod prefata ducalis Dominatio dignetur et velit Cassare et revocare Datium statu verone. Quod a decem annis citra innovatum fuit super rebus et mercantionibus que conducunt per lacum garde a partibus tridentinis ad partes inferiores ripperie et Brixie. Et quod pro ipsis rebus nihil exigi possit nec debeat pro Datio stat. verone. Et quod ipse Lacus sit communis et liberis prout erat ante innovatione dicti Datij.

Ad octavum Respondeatur. Quod servetur Consuetudo.

Item Quod prefata Dominatio nostra dignetur et velit sua potestate et auctoritate excomiare Bannire et rebellare de toto territorio vestre ducalis Dominationis omnes et singulos infrascriptos cum eorum familijs ac filijs, et eorum bona confischare. Cum ipsi sint, ac fuerint ex principalioribus. Qui suos viros opposuerunt contra statum nostr. Ducal. dominat. et amicos ejusdem in accusando amicos ejusdem de dicta Comunitate, dum quererint destinare vectualia ad civitatem Brix. vestram et eidem subvenire in possibilibus et in faciendo plurimos ex eis captivare et confinare eorum domos destruere et concremare. Et in faciendo plures ex eis cruciari et mortem subire salvum per personas interpositas et in tractando contra statum ejusdem vestre Dominationis tempore Dominij vestr. Ducal. dominat. venetoruin. Quorum nomina sunt Infrascripta videlicet Joannes dictus Bereta de Gargnano. M.^r Joannes M.^r Jacobus ejus filij Nicolaus Zacharia de Malsesigno, Zambonus pasquini de Renzano. Mafeus tirimbetta de renzano. Maurius Comini de Salodo. Joannes Franciboni de Giraldis Domin. Joannes de Sutijs. Bertazolus petriboni de Salodo. Martinus massarij. Ruffa antonij ruffe de Salodo. Dominicus chincherue. Anto*“*iolus petriboni filij quondam Magistri Mafei de Gargnano. Dominicus Joannes contri, et Filius de Gardono. Jacobinus Dominici

Carzarj de Gardono. Bertottus et Joannellus Fratres q..... de Gardono. Christianus antonioli et Dominicus petricavalli de gardono. Joannes Dugatij de thomarijs de Sancto felice. Jacobus petri vere de Sancto felice. Rangolus de manerba. Joannes peterzoli de balbiana. Martinus massarij. Dominicus chinzone. Antoniolus petriboni et filij quondam Magistri Mafei. Dominicus dictus Caratonus de Gargnano. Rizardus de Ugonibus de rotena petrusbonus et Franciscus fratres quondam Bertolini de Gazanis.

Ad nonum Respondeatur. Quod Mandabimus Rectoribus nostris Brixie quibus nomina predictorum quos dicunt esse rebelles et debeant diligenter inquirire contra eos et procedere debeant prout debitum juris suadebit. Et eorum bona quos reperiunt esse rebelles confischari faciunt in Comune.

Item quod prefate ducal. domin. nostra non velit ipsi Comunitati et hominibus imponere aliquod onus seu factiones extraordinarias. Sed eadem ducal. dominat. nostra dignetur de gratia spetiali facere ipsam Comunitatem et ejus homines et personas exemptam et exemptas perpetuo ab omnibus et factionibus tam realibus quam personalibus et tam ordinarijs quam extraordinarijs et tam pro vastatoribus et pro cernedis seu hominibus armatis ac plaustris, quam alijs qui buscumque decanis. Ad hoc ut possint sub felici umbra se prefate Dominationis nostre reconciliare et restaurare. Cum sint penitus consumpti, et usuris maximis suppositi.

Ad decimum respondeatur. Quod non consuevimus imponere onera subditis nostris, nisi urgente magna necessitate et causa, que redundat ad eorum comodum. Tamen debeant esse certissimi, quod eos tractabimus dulciter et humane, prout faciemus alios subditos nostros.

Item quod si quo tempore contingit per prefatam ducalem Dominationem velle construi facere in ipsa Comunitate aliquod Fortilium, vel reparationem aliquam, aut alibi: eadem nostra Ducal. dominat. dignetur a talibus oneribus velle dictam Comunitatem et homines relevare: et eos ab ipsis Immunos et exemptos facere: et quod sumptibus ipsius vestre ducal. dominat. fieri debeat.

Ad Undecimum respondeatur, quod non est nunc tempus cogitandi de Fortilitijs edificandis.

Item quod dicta Comunitas, et ejus homines non possint nec valeant cogi ad faciendum aliquam munitionem nec guarnimentum in aliquibus Fortilitijs quo quo tempore: et quod si que munitiones bladi, que sint dicte Comunitatis reperiantur in ipsis Fortilitijs solvantur, vel restituantur.

Ad Duodecimum respondeatur. quod considerato quod ipsa Fortilicia male starent ad presens sine aliqua munitione: Volumus quod munitiones, que in ipsis nunc reperiuntur remaneant nobis: Et quod nullo modo cogantur ad faciendum munitionem nec guarnimentum Sed serventur in eorum antiquis consuetudinibus.

Item Quod comune et homines de Sancto felice teneantur et debeant cum ipsa Comunitate conferre ad expensas fortiliciorum dicte Comunitatis prout conferunt alia Comunia ejusdem. Si ad quod dicta Comunitas tenebitur. Et hoc non obstantibus aliquibus gratis seu litteris, alias eidem Comuni concessis in contrarium: tam per vestrum ducal. domination. quam per alias personas.

Ad tertium decimum respondeatur: Quod occurrente causa providebitur in bona et laudabili forma.

Item quod hominibus stantibus et habitantibus in ipsa Comunitate Immunitas et Privilegium Concedatur: Quod ipsi nec aliquis eorum cogi nec actari possint per aliquos ad solutionem aliquarum buletarum, nec alicuius portus, seu passus aquarum: si contingerit ipsos, vel aliquem ex eis ire seu transire tam equestres quam pedestres ad et per alias Civitates seu terras et loca vestre ducal. domin. suppositas per quas aliquid solvi deberet.

Ad quartum decimum de buletis: Considerato quod alijs nostris fidelibus hoc non concessimus qui bene se gesserunt videtur nobis non posse complacere.

Item quod liceat et licitum sit dicte Comunitati et ejus hominibus posse tenere et levare in quibuscumque terris Civitatibus atque locis prefatae vestre ducal. dominat. tam habitis quam habendis om-

nem et quamcumque bladi quantitatem et leguminis: quam levare voluerint pro usu ipsorum et familiarum suorum. Ipsi tam solventibus Datia super ipsis bladis ordinata et deputata.

Ad Quintum decimum Respondeatur. Quod Dominatio nostra Considerata conditione temporis habebit curam circa facta bladorum: et sic mandabimus rectoribus nostris ripperie. Quod non promittant ipsis nostros Fideles habere indigentiam bladorum: Sed secundum tempora occurrentia et necessitates provideant.

Item quod eadem ducal. dominat. vestre manutenere debeat in ea Comunitate ad sufficientiam Sal rubrum, et Cyprianum pro vendendo: et quod vendi facere debeat in ea ipsis hominibus et personis de dicta Comunitate ad computum unius marchetti pro qualibet libra brixiens. et quod nulla Salis impositio eis imponeatur.

Ad sextum decimum respondeatur quod vendatur eo pretio quo venditur nostris fidelibus civibus Brixiens.

Item quod omnia decreta domini Ducis Mediolani, nec non Statuta ordines et rescripta que vigebant et servabantur tempore dom. Ducis Mediolani, et tam ista vice quam alijs vicibus, sint irrita, vana, cassa et nullius valoris: ac ea per antefatam Ducal. domin. vestram cassentur et annullentur: et loco ipsorum per eandem Ducal. dominat. vestram confirmentur omnia statuta, ordines et decreta Confirmata et emanata per prefatam ducal. dominat. tempore alterius Domini sui, et que nunc ultimo tempore Dominij vestre prefate ducal. domin. servabantur et usitabantur in ipsa Comunitate. hoc salvo, quod eadem Ducal. vestra Dominatio, cassare et annullare debeat quandam provisionem: seu statutum alias per eandem, ad petitionem ejusdem confirmatum. In quo intercetera disponitur. Quod facta relatione per ministram seu servitorem ipsius Comunitatis. Quod fuerunt cum licentia ad Domum alicuius debitoris: Et quod si non reperirent tot bona mobillia, in quibus potuerit facere intromissionem debiti dicte talis persone. Dummodo ipsum debitum non excedat summam librarum sexdecim planetarum: Ipse talis debitor, non facta alia excussione in bonis suis possit personaliter detineri. Nec non omnes homines

et personas nominatos et designatos pro terreis elligentis in compromissis fiendis ad petitionem conventi in quodam statuto descripto in volumine statutorum que petentur per vestram Ducal. Dominat. confirmari: Ita et taliter quod ipsi sic descripti non possint nec valent amplius elegi, nec dari pro terreis nisi fuerint de partium voluntate. Et nisi reperiantur esse de Consilio dicte Comunitatis, nec quis cogi ad Dandum, nec ellegendum aliquos ex eis pro terreis in aliquibus Compromissis. Et edicere et mandare, quod in quibuscumque Compromissis que fieri contingerint in ipsa Comunitate et per homines ejusdem de quacumque lite, seu causa, aut controversia, seu differentia, tam in judicio quam extra. et tam de voluntate partium, quam vigore statutorum positorum sub Rubricis de Compromissis fiendis de litibus inter conjunctos consanguinitate vel affinitate usque ad quartum gradum elligantur et elegi debeant pro tertii seu quintis in futurum de illis hominibus et personis tamen, qui erunt de Consilio generali ipsius Comunitatis tempore dictarum electionum fiendarum: Et quod ipsi de Consilio predicto succedant loco dictorum terroriorum descriptorum in dicto statuto: ac Cogi possint et debeant reperti pro confidentibus partium ad acceptandum et sententiandum secundum quod antea petierant dicti Tertij sic descripti.

Ad Decimum septimum fiat ut petitur. Salvo quod antequam dicta statuta sint, nec esse intelligantur confirmata debeant videri et examinari per Rectores nostros Brixien. et postea per nostrum Dominium confirmabuntur.

Item quod aliquis Iudex medicus, nec procurator, maxime qui studuerit in legibus, vel medicina non sit, nec esse possit de Consilio dicte Comunitatis: nec ad ipsum Consilium quecumque venire possit in futurum: nec habere officium in dicta Comunitate, nec etiam alias qui non sit bonus et fidelis servitor prefate ducalis vestre Dominationis et guelforum.

Ad Decimum octavum: Fiat ut petunt.

Item quod omnis Jmmunitas et exemptio Concessa per dominos de vicecomitibus aliquibus Comunibus seu singularibus personis si

irrita vana cassa et nullius valoris et momenti, nec quoquo modo opitulari possit: Et si confirmata esset aboliri debeat et abolita esset intelligatur: ac si nullatenus confirmata esset.

Ad decimum nonum fiat ut petunt.

Item quod prefata ducal dominatio vestra non velit alienare, infudare, nec quovismodo censeatur transferre aliquo tempore: nec perpetuo ipsam Comunitatem: nec aliquam partem ipsius, alicui Dominio, nec potenti viro, aut alicui singulari persone Comuni Collegio et universitati, nec cum aliqua alia terra, Civitate, vel Castro permutare, nec ipsam dividere, nec dimembrare quoque etiam si ducal dominat. vestre succederet in majori Comodo quam foret ipsa Comunitas ripperie.

Ad vigesimum fiat ut petunt.

Item quod omnes Bamniti de dicta Comunitate per tempora retraacta exceptis subscriptis Dummodo non sint bamniti de rebelione: ab eorum bamnis et contumatijs eximantur, cancelentur et aboleantur de quibuscumque libris, lischis, filzis et scripturis. habendo tamen pacem cum offensis. Salvo quod gratia ejusdem vestre Dominationis, non debeat dispensari cum quodam Franceschino Cozoni satellite et occisore cuiusdam sui fratri, et ejus Compatri: et condennato de Falsa moneta, et que delicta fuerunt commessa partim super territorio vironensem et partim super Comunitate predicta.

Ad vigesimum primum fiat ut petunt.

Item quod si casus occurreret; quod aliquis Commiteret homicidium, seu furtum: aut aliquod aliud delictum, aut aliter esset bamnitus: ex quo persona sanguinis veniret imponenda in terra, seu territorio ipsius Comunitatis. Quod dictus sic Committens, aut bamnitus non possit, valeat, nec debeat habitare, nec residentiam facere; aut conversari in Civitate brixie, verone, vincentie, nec eorum districtu nec diocesi, nec in aliquibus alijs terris episcopatus Tridenti, tam per prefatum ducal. domin. vestrum acquisitis, quam acquirendis.

Ad vigesimum secundum fiat ut petunt, salvo quod bamniti de puro homicidio possint stare ubique, excepto quam super territorio brixensi.

Item quod cum multi fuerint, qui non fuerunt ausi jus suum consequi nec experire prudenti Dominio domini Ducis Mediolani: tum quia comorabantur in actu se absentandi perpetuo favoris immensi partis Gibeline, tum quia non habebant sua jura. Quod aliquis personis de dicta communitate, prudente dicto Dominio domini Ducis per tempus ejusdem quo stetit in Dominio ut supra. Non intelligatur esse incursa aliqua prescriptio. Sed restituantur, et restituti esse intelligentur ad eorum jura.

Ad vigesimum terzum fiat ut petunt.

Item quod cuilibet persone Datarie: que habere debuisset et deberet ab aliqua persona vigore alicujus Datij seu incantus Datorum, non intelligatur esse cursum aliquod tempus vigore aliquorum pactorum Datarum dicte Comunitatis quo minus consequi possint eorum debitum a personis sibi debentibus.

Ad vigesimum quartum fiat ut petunt.

Item quod omnes condemnationes, que devolute erant hinc retro, tam Camere vestre prefate Ducal. domin. quam Camere domini Ducis Mediolani. Et omnia credita ejusdem, domino Duci pertinentia, sint irrita vana cassa, et nullius valoris: et dicta debita ipsius Camera dict. Ducis tantum remissa esse intelligentur et censeantur.

Ad vigesimum quintum Respondeatur quod fiat de Condemnationibus et creditis pertinentibus camere tempore Ducis Mediolani.

Item quod omnes Condemnationes fiende per dom. potestatem dicte ripperie, seu aliquem de sui familia: sint spectent et spectare debeant dicte Comunitati. Non obstante quadam provissoine, seu Statuto alias edito per Consilium dicte Comunitatis, in quo inter cetera continebatur, quod certa pars ipsarum Condemnationum spectare debeat Collaterali dom. potestatis, seu accusatori.

Ad vigesimum sextum Respondeatur quod servetur Consuetudo temporis nostri Dominij.

Item quod homines de dicta Comunitate, seu in ea habitantes non teneantur, nec debeant solvere majus pretium pro Muta terre Ripe Tridenti, seu pro Datio olei quod conduceretur per ipsos de

ripperia ad partes Tridentinas, Quam solvatur pro Datio exitus ipsius olei de Comunitate predicta.

Ad vigesimum septimum fiat quod solvant, ut solvunt veronenses.

Item quod omnes Intrate dicte Comunitatis, et que essent devo-
lute aut devoluerentur in futurum, seu spectabunt ipsi Comunitati
percipi debeant per unum Tesaurarium per ipsam Comunitatem el-
ligendum. Qui de eis deinde reddere debeat rationem ipsi Comuni-
tati. Et quod dominus potestas dicte ripperie et ejus officiales teneantur
et debeant Compellere omnes dare debentes ipsi Comunitati, omnibus
juris remedijs ad omnem requisitionem ipsius Tesaurarij ad solven-
dum eidem.

Ad vigesimum octavum fiat ut petunt.

Item quod merchatores et alie quevis persone dicte Comunitatis,
qui in futurum conducent seu portabunt aut conduci vel portari fa-
cient aliquam quantitatem olei ad Civitatem venetie seu ad alias terras
vestre prelibate Dominationis. Quod pro dicta quantitate olei sic con-
ducenda non solvant majus Datum per ipsos de Ripperia in ipsa
Civitate Venetiarum et terris seu Civitatibus dicte vestre Dominationis
quem solvatur per Veronenses.

Ad vigesimum nonum fiat ut petunt.

Item quod omnia debita que habet, seu apparet habere respectu
temporum retroactorum et usque in diem presentem eadem Comu-
nitatis, et ejus homines cum Camera vestra prefate ducal. dominat. seu
et cum Camera domini Ducis Mediolani, tam pro Taleis, Coltis, et
Datijs, tam ordinarijs quam extraordinarijs et quam alijs quibuscumque
de causis, sint cassa et cancellata: et nihil Comunitati predice et ejus
hominibus peti possit.

Ad Trigesimum fiat ut petunt: Salvo jure nostri Dominij contra
debitores occaxione Datorum munitionum et aliarum rerum tempore
nostri Dominij.

Item quod omnia bona mobilia Derobata in Comunitate ripperie
hominibus dicte ripperie, tam per stipendiarios-domini Ducis Medio-
ani, quam per alios tunc suos subditos et partiarios ubicumque

reperiantur, sive in Comunitate ripperie, sive super territorio veronensi, aut alijs territorijs, tam acquisitis, quam acquirendis, restitu debeat illis quorum fuerunt libere et absque solutione alicujus pretij.

Ad Trigesimum primum Respondeatur quod vellemus sibi complacere: sed id quod petunt renovaret lites et rixas. Unde intentionis nostre est, ut lites sedantur, et homines inviare pacificantur.

Item quod cum magna pars dicte Comunitatis videlicet de squadra Vallis tenensis et Campanee sit sub Diocesi et Episcopatu Verone, et titubet, ne imponatur collecta Decime ipsis squadrjs per dominum Episcopum Verone. Quod numquam fuit usitatum a recordare alicuius citra. Proinde dignetur vestra Dominatio memorata Mandare Quod ipsis squadrjs non imponatur aliqua Collecta Decime per aliquem prout hinc retro non fuit imposta. Et quod aliud ipsis hominibus de dictis squadrjs non innovetur.

Ad Trigesimum secundum fiat ut petunt.

Item quocumque tempore Dominij domini Pandulfi de Malatestis per officiales et iudicentes ejusdem nomine, vendita et alienata fuerint quam plurima bona nonnullorum de dicta ripperia foresteriorum rebellium. Et ejus Dominationi et statui contrafacentes ac Data fuerint in solutum aliquibus creditoribus ipsorum talium forensicorum. Que quidem bona quam valde fuerunt bonificata et meliorata dicto tempore, tam plantatij; quam allevamentis murorum Denique cum ipsa ripperia devenisset ad dominium domini Ducis Mediolani *del 1420*. Et Idem dom. Dux Mediolani per sua literas et capitula concessa certis suis sequacibus de dicta ripperia Cassavit et annullavit dictas venditiones et insolutam dationes factas ut supra nullo pretio interveniente privando dictos emptores possessores dictorum bonorum: ac denegando refectionem melioramentorum, in forma quod ipsi emptores penitus sunt exclusi et fuerunt eorum pretio credito et melioramento restituendo eos ad possessionem dictorum bonorum absque alio juris ministerio: Pro inde Dominationis memorata supplicant. Quatenus dignetur alterum de duobus concedere dictis emptoribus et creditoribus videlicet aut ponantur et restituantur in et ad tenutam

et corporalem possessionem bonorum per ipsos tunc acquisitorum in qua erant tempore dominij domini Pandolfi et ante spoliacionem factam a vigore literarum dicti domini Ducis de dictis bonis. Aut quod sibi restituatur partem ipsorum bonorum et similiter melioramenta tunc in eis facta juxta taxationem bonorum virorum restituantur seu reficiantur. Ad quam taxationem fiendam dicti boni viri, seu amici Comunes elligentis compellantur, omnibus juris remedijs etiam per detractionem personalem. Et hoc non obstantibus aliquibus sententijs, seu transaxtiones super inde factis, et latis.

Ad Trigesimum tercium respondeatur. Quod consideratis conditionibus presentis temporis velint habere pro nunc patientiam Sed cum tempore habita super inde bona informatione, erimus parati facere eis tamquam bonis servitoribus nostris omnia quam honeste facere poterimus.

Item quod cum dicto tempore Domini Pandolfi predicti: plures venditiones, alienationes, insolutum dationes, contractus Transactiones, infrascripta, obligationes, et distractus facti et facte fuerint voluntarie per non nullos de dicta ripperia: et alios habentes bona super eamdem Comunitatem et sequares seu partiarios dicti dom. Ducis cortis hominibus et personis eiusdem Comunitatis fuerint que per ipsum dominum Ducem Mediolani post modum revocati et revocate nullo habito respectu ad aliquod pretium exborsatum: nec ad aliquam melioramentorum reflectionem. propterea dignetur prefata Dominatio vestra approbare confirmare et ratificare dictas venditiones, alienationes, contractos, insolutum dationes, Transactiones obligationes, et distractus taliter factos pro ut jacent et subsequenter renovare et annullare decreta et ordines super inde factos per prefatum dominum Duccm, nec non sententias et transactiones super inde factas et latas et quod dicte talis persone que tunc temporis possidebant dicta bona: sint in eodem statu et gradu in quo erant dicto tempore dicti domini Pandolfi dictis talibus sententijs seu transactionibus (non obstantibus.

Ad Trigesimum quartum respondeatur. Quod consideratis hujusmodi res esse de illis quem pertinent et vadunt a spetialibus personis ad spetiales personas et nunc vident conditiones temporis, ex quibus res hujusmodi videri nequeunt: Captato tempore habili Mittimus aliquam personam, que auditis partibus Nos super inde informabit: et sint certissimi quod faciemus et disponemus pro ut jus postulat.

Item quod quidam contractus in quo alias tempore quo dominus Dux Mediolani accepit Rocham de Manerba dicte ripperie prefato domino Pandulfo. Quam plures de manerba dicte ripperie qui protuicione eorum se reduxerant in dicta Rocha, se obligaverunt Zanono de Capite Istri tunc capitano predictum domini Ducis Mediolani: In ducatis mille ducentis quinquaginta, et de qnibus plene fit mentio in capitulo xxxij. loco descripto, In capitulis alias per vestrum Ducal. Dominat. concessis ipsis de ripperia sit simulatus et fictius et nullo tempore sub vestra Felici umbra locum habere debeat: nec cogi possint rationibus et causis de quibus in ipso capitulo 31. fit mentio ad quod relatio habeatur.

Ad Trigesimum quintum, Fiat ut petunt.

